ducta queſtio eſt. A. quo tandem modo. M. Quia motus turbulenti iactationeſq; animorū incitatæ & impetu inconſiderato elatæ rationem omnē repellentes vitæ beatæ nullam partē relinquūt. quis. n. poteſt mortem aut dolorē metuens: quorū alterum ſæpe adeſt: alterum ſemper impendet eſſe non miſer? Quid ſi idem (qđ plerūq; fit:) paupertatē ignominiā infamiā timet: ſi debilitatem cæcitatem: ſi denique quod non ſingulis hominibus ſed potentibus populis ſæpe contingit ſeruitutem: poteſt ea timēs eſſe quiſquā beat[9] eſt? Quid: q nō mō ea futura timet: verūetiam fert: ſuſtinetq; p̄ſentia? adde eodē exilia: luctus: orbitates q reb[9] his fractus

Cōtra. a. gellium lo profligato.

Affectū bellum

Affecta æſtas

Nihil fedius ſeruitute

Egritudine eliditur:triſtitia ſuffocatur. Iactaturq;: Quid elatus
ille:hæc in quarta Tuſculana vberrime explicata ſunt. Ergo vt hi mi
ſeri:cõtrariorũ contraria ſunt cõſequentia: ſi miſeri ſunt: qui timent:
beatus eſt.quẽ nullus metus terret. Si miſeri qui egritudinibus:libidi-
nibus:leticiis:inanibus exagitãtur:beatus ille:quẽ nullæ tales affectio
nes exedunt: extimulantq;.

Malatia Correct' ſenecę locus

Vt maris trãquillitas: ma
latiam vocãt: maris quietẽ:
ac trãquillitatẽ quãdo flu-
ctus languẽt. neq; vlla aura
cõmouentur : conſimiliter
Malatia eſt in grauidis ille
langor & mollicies diſſoluti
& cũcta faſtidientis Plinius
in.xxiii. Malicorũ inqt ex-
perit̃ in grauidarũ malatia
& quoniã guſtatu moueat i
fantẽ. Apud Senecã eſt lu-
culenta illa ſentẽtia:ex libro
nono epiſtolarũ. In ocio in-
concuſſo iacere nõ eſt tran
qllitas malitia eſt dictio mẽ
doſa eſt in codicibus impſ-
ſis:nam pro malacia legitur
malicia corrupto vocabulo
elegãtiſſimo & ſenſu:ſenſus
eſt: ſtatũ animi beati talem
intelligi qualis tranquillitas
maris eſt: quãdo nec aura q
dẽ minima fluctus commo
uet:maria.n. ſua natura trã-
quilla ſunt: ventorũ autẽ vi
agitari atq; turbari ſolent ,
Quod ſi eſt; ſenſus eſt eum
merito beatũ: & eſſe & dici
qui ſupra fortunã eſt collo-
catus:qui nullis perturbatio
nibus eſt obnoxi' : qui nihil
timet:nihil cõcupiſcit: nihil
an igitur : qualem inuenire

Beat' qui

difficile:imo impoſſibile eſt

ægritudine eliditur. poteſt tãdem
eſſe nõ miſerrimus: quid vero illũ
quem libidinibus: inflammatũ. &
furentẽ videmus omnia rabide ap
petentem cum inexplebili cupidi-
tate quoq; affluentius voluptates
vndiq; hauriat : eo grauius ardẽn-
tiuſq; ſicientem nõne recte miſerri-
mũ dixeris. Quid elatus ille leuita-
te:inaniq; læticia & exultans: & te
mere geſtiens : nonne tanto miſe-
rior quanto ſibi videtur beatior:
ergo vt hi miſeri ſic contra illi bea-
ti: quos nulli metus terrent: nullæ
egritudines exedũt:nulle libidines
incitãt: nulle futiles læticiæ exultã
tes languidis liquefaciunt volup-
tatibus. Vt maris igitur tranquilli
tas intelligitur: nulla ne minima q
dem aura fluctus cõmouente: ſic
animi quietus & placatus ſtatus
cernitur:cum perturbatio nulla eſt
qua moueri queat: quod ſi eſt qui
vim fortunæ qui humana quæcũ-
q; accidere poſſunt: tolerabilia du
cat: ex quo nec timor eum nec an-
gor attingat: idẽq; ſi nihil concu-
piſcat: nulla afferatur animi inani
voluptate: quid eſt cur is non bea
tus ſit:& ſi hec virtute efficiuntur:

græci apathes vocāt quaſi dicas impaſſibiles & imperturbatos: de qbus plinius hæc: exit hic animi tenor: aliquādo in rigorē quēdā tortuitatēqꝫ naturæ: durā & inflexibilē: affectuſqꝫ humanos adimit: qualis apathes græci vocant: tales extiterūt Diogenes Cynicus: Pyrhon Heraclitus: & thimon. Diodorus quoqꝫ & agatarchides tradūt ethiopas eſſe quoſdam: apathes: hoc eſt abſque paſſione vlla viuētes: qui immobiles perſtant: verbera & iniurias ſuſqꝫ deqꝫ ferentes: qui ſine affecto humano: filios & vxores defunctas vident: in quibus nullū neqꝫ iræ: neqꝫ miſericordię ſignū cōuiſcitur: a qbus oia mala quieto aio ſedatoqꝫ perferūtur. Impotenti letitia: immodica & geſtiente. Mathematicoꝝ iſte mos eſt: poſtulata mathematicorū ſunt hæc: vt liceat ab omni ſigno: ſiue pūcto ad omnē rectam lineam ducere & omnē finitā rectā lineam e regione eiicere: & oimodo ſigno & interuallo circulū ſcribere. Item q̄ eidē æqualia ſunt inuicē ſibi æqualia eſſe: & ſi paribus paria demas: reliqua eſſe paria De quibus Euclides. Martianus. Cēſorinus: ſatis multa. Geometrię. Plato libro ſeptimo de legibꝰ: præcipit geometriā liberis hominibꝰ eſſe diſcendā: cuius inuētores egypti fuerūt: vt docet Strabo in. xvii. ſicut arithmetica a phœnicibus inuēta traditur. Geometriā vtilē eſſe neceſſariāqꝫ futuro oratori: docet Quintilianus. Geometres ſignificatur mēſor terræ. Geometriā inqt Ambroſius in examero. Audiuimus: thelaſſometrā nūquā audiuimus: dicitur aūt the-

Apathes.

Ethiopes Apates

Poſtulata mathematicorū

Geometria diſcēda

Geometria diſcenda

Thelaſſometra

quid eſt cur virtus ipſa per ſe non efficiat beatos. A. Atqui alterū dici non poteſt: quin hi qui nihil metuant: nihil angantur: nihil concupiſcant: nulla impotenti leticia efferentur: beati non ſint. Itaque id vbi concedo: alterū autem iam integrum nō eſt. ſuperioribus enim diſputationibus effectū eſt vacare omni animi perturbatione ſapientem. M. Nimirum igitur confecta res eſt. Videtur enim ad exitum veniſſe quæſtio. A. Propemodum id quidem. M. Verū tam mathematicorū iſte mos eſt: nō philoſophorum. Nam geometre cum aliquid docere volūt: ſi qui ad eū rem pertinet eorum que ante docuerunt: id ſumūt pro cōceſſo & probato. Illud modo explicant: de quo ante nihil ſcriptū eſt: philoſophi quācūque rem habent in manibus: in eam: que conueniunt: congerunt oia & ſi alio loco diſputata ſunt.

laſſometra maris menſor. Quomõ hoc cõſequẽs: ſtoici dicũt nihil
eſſ bonũ: uiſi qđ honeſtũ: quo cõceſſo: cõſectariũ eſt beatam vitã non
poſſe ſine honeſtate cõtingere: qđ argumentũ retroactũ pariter valet:
Q đ bonum honeſtum
vt vita beata honeſta ſit: ſi quod honeſtũ eſt: id bonũ ſolũ habẽdũ eſt
ita ſit: vt qđ bonũ ſit id etiã honeſtũ ſit: & beate viuere ſit honeſte &
cũ virtute viuere. Separa
tim libri ſunt: vt in aliis li=
bris tractent de honeſto. In
aliis de ſummo bono: vt ita
quæq; res ſuis argumentis
explicet. Virtutes ſatis poſ=
ſe: Clara quidẽ & animoſa
hæc vox ex palã profiteri
virtutẽ ad beate viuendum
ſatis eſſe: ſed ſpecioſius hæc
dici: q̃ verius perſuaderi ſo
lẽt quoniã vt ante dixi. Vir
tus ſine bonis corporis ac
fortunæ manda quodãmõ
& mutila eſt: neq; ad plenũ
effectrix beatitatis. Tantiſ
Tãtiſper.
per: interea: abſolute ponit:
ſicut apud Liuiũ: tamen id
imperiũ ei ad vberẽ ætatẽ
incolumẽ manſit: tantiſper
tutela muliebri: frequenter
poſtulat hęc dictio: tãtiſper
vt poculetur cũ dũ: vel quo
ad: accipiturq; pro tãdiu ſi
cut apud Terentiũ Gelliũ.
Ciceronẽ. Plautũ & ceteros
qui pure loquuti ſunt: quod
& ſupra annotauimus. Plau
tus in menechmis: mulier
tantiſper blãditur dũ quod
rapiat videt. Xerxes quidẽ
Xerxes bellator
Xerxes lingua greca ſignifi
catur bellato: arctoxerxes
magnus bellator. Xerxem
aũt perſarũ regẽ quis igno=
rat potẽtiſſimũ maximũq;

Quod ni ita eſſet: cur ſtoicus ſi eſſet
queſitũ ſatis ne ad beate viuendũ
virtus poſſet. multa diceret cui ſa=
tis eſſet reſpõdere ſe ante docuiſſe
nihil bonũ eſſe: niſi quod honeſtũ
eſſet: hoc probato cõſequens eſſe:
beatã vitã virtute eſſe contentam
Et qũo hoc ſit conſequẽs illi: ſic il=
lud huic. Vt ſi beata vita virtute
cõtenta ſit: niſi honeſtũ qđ ſit: ni=
hil aliud ſit bonũ. ſed tamen non
agũt ſic. Nam & de honeſto & de
ſummo bono ſeparatim libri ſunt
& cũ ex eo efficiatur. ſatis magnã
in virtute ad beate viuẽdũ eſſe vim
nihilominus hoc agũt ſeparatim.
propriis. n. & ſuis argumẽtis & ad
monitionibus tractãda quæq; res
eſt: tanta preſertim. Caue. n. putes
vllã in philoſophia vocẽ emiſſam
clariorẽ: vllumue eſſe philoſophie
ꝓmiſſum vberius vt maius. Nam
quid ꝓfitetur odii boni profectu=
rã ſe eũ qui legibus ſuis paruiſſet.
Vt eſſet cõtra fortunã ſemper ar=
matus: vt oĩa preſidia habere in ſe
bone beateq; viuẽdi: vt eſſet ſemp
deniq; beatus. ſed videro qđ effici
at tantiſper. hoc ipſum magni eſti
mo qđ pollicetur. Nã Xerxes qđẽ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

extitiſſe/ qui græciā copiis militaribus inundauit:ꝗ per maria ambu lauit.per terras nauigauit:cuius introitus in greciā:ſicut fuit metuē- dus:ita exitus erubeſcēdus:de quo Trogus Plutarchus Probus emi- lius Herodotus plura.Intātū.vt nihil ſit notius:de Xerxe in hāc ſen- tētiā Valerius maxim⁹:libro.ix.dictorū factorūq; memorabiliū. Age

refertus omnibus pręmiis doniſq; fortunæ nó eqtatu: nó pedeſtrib⁹ copiis. nó nauiū multitudine. nó infinito pódere auri côtétus præ- miū ꝓpoſuit:ꝗ inueniſſet nouam: voluptaté: qua ipſe inuéta nó fuit côtétus. Neq; enim nūquá finé in ueniret libido. Nos premio elicere poſſem⁹ qui nobis aliqd attuliſſet quo hoc firmius crederemus. A. Vellé id quidé: ſed habeo paululū qđ requirá. ego enim aſſentior eo rū quæ poſuiſti alterū alteri conſe quens eſſe: vt quemadmodū ſi qđ honeſtū ſit: id ſolum ſit bonum ſe quatur beatá vitam virtute côfici: ſic vita beata in virtute ſit nihil eē niſi virtutem bonum: ſed Brutus tuus auctore & Ariſtone & An- tiocho non ſentit hoc putat enim etiá vt ſit bonū aliquod p̄ter vir-

Xerxes opū regiarū ope exi mia:eo vſq; luxuria gaudēs vt edicto ei p̄miū ꝓponeret qui nouū voluptatis genus reperiſſet: quāta dū delitii nimiis capit:ampliſſimi ipe- rii ruina euaſit: Tiberius ce- ſar: nouū officiū inſtituit a voluptatib⁹: & eliogabalus ꝓponebat ſuis quaſi thema ta: vt iura noua dapidus cō diēdis inuenirēt: & cui⁹ pla cuiſſet:ei dabat maximū p̄- miū. Nō equitatu: tradūt ſcriptores:numerū copiarū terreſtriū:quas in greciā du xit Xerxes fuiſſe cētū. lxx. myriades: ideſt decies ſep- ties cētena milia: myrias.n. numerus eſt cōtinēs decem milia: trāſiuit eius exercitus per ſeptē dies totidēq; no- ctes:nullo tēpore intermiſ- ſo. Anguſtias helleſponti. Conſtrato in nauibus pōte: fertur tūc quidā vir elleſpō tinus dixiſſe o Iuppiter qd- nā tu ſub ſpecie viri perſe. Ex accepto Xerxis:ꝓ Iouis noīe gręciá vis exterminare: numerus eqtū fuit octo miriadū.i.octoginta miliū p̄ter camelos:& currus:myriarchas habuit hoc eſt p̄fectos: ꝗ decē milibus p̄erāt. Naues quoq; decies centū milia numero habuiſſe dicit̄:vt non immerito proditū ſit flumina ab exercitu eius deſicata defeciſſe. Al terū alteri cōſequēs:eſt quoddā argumētū:ita cōſequēs vt reciprocū: ſit:& retrorſū idē valeat ſicut exēpli cā:ſi hō viuit ſpirat:ſi ſpirat viuit ꝗdā vero ecōtrario nō recurrūt:ſicut ſi pepit mulier cū viro cōcubuit contra ſi non viro concubuit: nō cōſequens eſt eā peperiſſe:poteſt.n.

Xerxes premiū dabat in uenit volupta- tum

A volup- tatibus Helioga- balus.

Copiæ xerxis

Myrias quid

Dictum helleſpō- tii.

Myriar- chæ.

Numer⁹ nauium.

Recipro- cū argu- mentum.

et coiſſe cum viro nec tamen peperiſſe: hoc autē ciceronis argumentum videtur idē valere retrorſum: & ex vtraqꝫ parte eſſe cōſectarium vt quod honeſtum ſi id bonū eſſe: quod bonū id honeſtum: & beata vita ac virtus ſe viciſſatim cōſequantur: vt vita beata ſine virtute: virtꝰ ſine vita beata eſſe nō poſſit: græco vocabulo talis argumētatio

Logotrophos.

dicitur logotropos: vt ſi viuit plato ſpirat plato: ſi ſpirat viuit. Auctore ariſtone & antiocho: brutus philoſophos omnes græcos ferme attigit: nec vllius ipſorū diſciplinę: vel expers vel ignarus fuit: platonicos tamen enixe coluit: veterem academiam ſectatus. Antiochum

Antiochꝰ magiſter ciceronis & bruti.

aſcalonitam ingenti admiratione obſeruauit: eiuſque fratrē noīe ariſtonē p̄ſtanti virtute virū amicitia cōtubernalitateqꝫ ſibi deuinxit. M Tulliꝰ in bruto & in hortenſio teſtatꝰ ſe operam dediſſe antiocho quem veteris academię nobiliſſimum & prudentiſſimum philoſophum fuiſſe dicit. Ariſtonem quoqꝫ anthiochi fratrem adhibuiſſe ſe teſtatur: & ita ſymmathitæ: ideſt condiſcipuli fuerunt. M. Tullius & brutus. Antiochus autem & ariſto fratres: vtpote platonicæ ſectæ: ſectatores: non ſolam virtutem: in bonis numerabant: ſed preter virtutem bona corporis & fortunæ aſſerebant: tamq̄ ex hic omnibus vita beata perficeretur: ſolitus erat antiochus diſſerere contra academicos recentiores qui contra ſuum doctorem philonem etiam librum edidit: libro quarto de finibus tradit ariſtonem negaturum ſibi videri bona vacuitatem doloris diuitias valitudinem: qui mihi videtur fuiſſe alius ab hoc Ariſtone longe antiquior: cuius dogma vbique librorum inſectatur & oppugnat. Cum athenis imperator. M. Tul. in ciliciam proconſul miſſus: rebus bene geſtis victoria iuſta hoſtibus profligatis apud Iſſum imperator appellatus eſt: quo in loco Darius ab alexandro fuerat ſuperatus. mox e prouincia decedens rhodum prius deinde athenas amore & deſiderio antiquorum conſeruationum: quas adoleſcens: ſtudiorum cauſa in his locis habuerat. Auidiſſime reuiſit: exceptus ſummo honore: cū a primoribus tū a philoſophis & diſciplinarū magiſtris: qui pro ingenii & doctrinæ fama vndiqꝫ ad ciceronē cōcurrebāt. Si eſſēt vlla corporis mala academici morbos corporis: dolorē: egeſtatē: īfortunia & cętera id

Symmathitæ. Condiſcipuli. Ariſto.

tutem. M. Quid igitur cōtra Brutū ne me dicturū putas. A. Tu vero vt videtur. Nam præfinire non eſt meum. M. Quod cui igitur cōſentaneum ſit alio loco. Ná iſta mihi & cū Antiocho ſæpe: & cū ariſtone nupter cū athenis imperator apđ eū diuerſaret: diſſentio fuit. Mihi enim nō videbatur quiſquā eſſe beatus: poſſe: cū in malis eſſe.

genus quæ contra naturã ſunt appellant mala: ſicut re vera ſunt. Et
vulgo nominitãtur ſtoici vero incõmoda dicere malunt: quæ græco
vocabulo appellant diſchreſtemata::ſiue reiectanea: quæ græce dicũ
tũr apoproegmena:hæc autẽ mala corporis & fortunæ:cadere in ſa=
pientẽ poſſe nemo non nouit: ex quo colligitur ſapientẽ in malis eſſe
poſſe:quod Ciceroni in prę

Mala. Incom=moda. Diſchre=ſtemata. Reiecta=nea.

In malis autẽ ſapientem eſſe poſſe
ſi eſſent vlla corporis aut fortunæ
mala. Dicebantur hæc quæ ſcripſit
etiã Antiochus locis pluribus vir=
tutem ipſam per ſe beatam vitã ef
ficere poſſe neq̃ tamẽ beatiſſimã.
Deĩde ex maiore parte pleraſq̃ res
nominari etiã ſi qua pars æbeſſet:
vt vires: vt valitudinẽ: vt diuitias:
vt honorem: vt gloriã: quæ gene=
re non numero cernerentur. item
beatam vitam etiã ſi ex aliqua par
te claudicaret: tamen ex multo ma=
iore parte optinere nomen ſuum.
Hæc nunc enucleare nõ ita neceſſe

ſentia perinde ac ſtoico ſtoi
cæq̃ ſectæ ꝓpugnatori nõ
probatur: vult.n.in ſapientẽ
malũ cadere non poſſe: cum
aũt dolere egrotate in ege=
ſtate eſſe poſſit ſapiens: hæc
mala appellanda eſſe nõ cẽ
ſet: ſed potius incõmoda ſi
ue reiectanea ex ſtoicoꝝ ſẽ
tentia: q cũ academicis ver=
bis conſentiũt re diſſident.
Neq̃ tamẽ beatiſſimam:
ſtoici inter quos Seneca eſt
academicos reprendũt: qui
aiũt beatũ quidẽ futurũ ho
minẽ vel ſola virtute: nõ fu
turũ autẽ beatiſſimũ: tã q̃ in
ter poſitiuũ: & ſuperlatiuũ
ſicut re vera eſt ſit diſcrimi=
natio diſtantiaq̃ nõ parua: ſed ſtoicis eadẽ videtur vita beata & bea=
tiſſima qui gradus tollũt: qui aiũt nihil eſſe rectius recto: nihil verius
vero: nihil tẽperatius tẽperato quorũ argumenta hæc ſunt beata vita
bonũ perfectũ in ſe habet: & inſuperabile: quod ſi eſt perfecte beata eſt
præterea ſi vita beata nullius eſt indigens: omnis vita beata perfecta ẽ
eadẽq̃ eſt & beata & beatiſſima: quinetiã ſi beata vita ſummũ bonum
habet ſumme beata eſt ſummũ aũt bonũ adiectionẽ non recipit: quid
enim ſupra ſummũ erit. Ita nec beata vita ſine ſummo eſt: quæ nec mi
nor ſit nec maior ipſa. Decreſcere.n.ſummũ bonũ nõ poteſt ſicut nec
increſcere: beata vita ſumme perfecta eſt: nec habet quo procedat: qd
enim accedere perfecto poteſt: profecto nihil: aut non erat perfectum
cui acceſſit: ſed hęc ſtoicorum ſpineta. non tã vera quẽ glorioſa: peri
pateticorũ academicorũq̃ doctrina ſuccidit: quæ ad ſenſum cõmunẽ
propius accedit: & beatã vitam: & beatiorem & beatiſſimã gradatim
eſſe decernit. Secũdum ſtoicos q. metellus macedonicus ille inter ra=
ra humana fœlicitatis exempla numeratus: qui tres filios conſules vi=

An beata & beatiſſima vita ſit eadẽ.

Nihil rectius recto

Beata vita ſumme perfecta

Profecto nihil accedere põt.

Metellis beatus.

dit:e quibus vnū etiam cenſorem & triumphātem:quartum autē prætorem eoſq; ſaluos reliquit:& tris filias nuptes:cum ipſe conſul:cēſor augur fuiſſet triumphaſſet: nihilo beatior erit q̄ regulus: qui in poteſtate hoſtium cruciatus: vigiliis. Inedia necatus eſt:neminem enim putaui eſſe beato beatiorem. Etiam ſi qua pars abeſſet:finis bonorum conſtituitur ſi quis haberet ea:quæ ſecundum naturam ſint:vel omnia: vel plura & maxima:quæ. τάϖρω τα φυσεωσ prima nature nominātur. Varro primigenia appellat:de quibus mox plura. Non numero: numer⁹ enim talium rerum ferme infinitus eſt: quæ inter bona corporis & externa percenſcentur. Claudicaret:vita beata in hoc differt a beatiſſima: ꝙ in altera conſumata & ſumme perfecta ſunt omnia: vt non ſit incremento locus. In altera multa quidē ſuppetunt: ſed non omnia: vt ita ex aliqua parte vita beata claudicare poſſit. & tamē nomē ſuū retineat:cum in beatiſſima ſit cumulus rerum omniū citra vllam caudicationem detractionēue.

Prima naturæ

Beata Beatiſſima

eſt: quāquam non conſtantiſſime dici mihi videntur. Nam & qui beatus eſt : non intelligo quid requirat: vt ſit beatior: ſi eſt enim quidē quod deſit. ne beatus quidem eſt. Etq; ex maiori parte vnamquāq; partem appellari ſpectariq; dicitur: eſt vbi id iſto modo valeat. Cum vero tria genera malorum eſſe dicant: qui duorum generum malis omnibus vrgeatur : vt omnia aduerſa ſint in fortuna : omnibus oppreſſum corpus & confectum doloribus: huic paululum ne ad beatā vitā deeſſe dicemus non modo ad beatiſſimā: Hoc illud eſt:quod Theophraſtus ſuſtinere non potuit. Nam cum ſtatuiſſet verbera:

Enucleate:enodate explicate. Vt ſit beatior:nunc vt ſtoicus:diſerit:in libris vero de finibus vt peripateticus:ſentit eſſe beatiorem beato:nunc beatum intelligit: cui nihil deſit cuiq; nihil accedere poteſt & ita nullus incremento locus relinquitur. Ex maiore parte:vt beatus.ſ. dicatur qui magnam partem eorum bonorum poſſidet: quibus conſit fœlicitas:ſicut orator:& philoſophus dicuntur: qui ex maiori parte inſtructi ſunt oratoria philoſophicaq; ſuppellectile:etiam ſi non omnia ad plenū ſuggerantur. Tria genera malorum:ſi tria ſunt genera bonorum:totidem malorū genera eſſe neceſſum eſt. A deo nullum contrarium ſine contrario altero eſſe placuit:ſunt igitur mala animi:vt inſipientia:& vitium:ſunt mala corporis:vt morbus & dolor. Sunt mala fortunæ:vt egeſtas & exilium. Argumentatio autē Ci-

Nullū cōtrariū ſine contrario

ceronis talis eſt. Si beata vita cunſtituitur ex maiori parte bonorum. Ita miſera vita fiet ex maiori parte malorum. Ergo ſapiens affectus malis fortunæ:& corporis beatus eſſe nō poterit: quia a maiori parte vnaqueqꝫ res nominatur:plura autem ſunt mala corporis & fortunæ q̃ animi bona. Ergo ſapiens ita affectus miſer eſſe dicetur: dicere autē ſapientem eſſe miſerū q̃uis oppreſſus ſit fortunę:& corporis incōmodis eſt ſubabſurdū: cū ſapiens ſecūdum ſtoicos in tauro phalaridis clufus a beatitate non deſtituatur:neqꝫ vllo nunq̃ tempore in miſeria eſſe poſſit. Illis enim ſolum quod turpe eſt malum: quod honeſtum bonū videri ſolet. Sapiens vero ſemper honeſtū amplexatur:ſeiunctus a turpitudine: ideoqꝫ ſi premitur. Egeſtare doloribus:orbitate: exilio: & aliis id genus:incommodis:nō tamen erit miſer hæc.n.illi non mala eſſe dicunt:ſed incōmoda:& reiectanea. Elate & ample loqui:theophraſtus qui ex diuinitate loquendi nomē inuenit:nō eſt auſus magnifice loqui:nec elato animo fidenter aſſerere ſapientē fore beatū in malis fortunæ:ac corporis conſtitutū:quod ſtoici alacriter affirmant. Sentiebat.n.theophraſtus: inter tormēta & cruciatus:& egeſtates:& exilia nō eſſe locū vitæ beatę:etiā ſi talis eſſet ſapiētiſſimus. Conceſſo.n.quod tormenta:exilia orbitates & cætera hoc genus:magnā vim habēt ad miſere viuendū:conſequēs eſt:vt qui in his malis fuerit miſere viuat:poteſt aūt ſapiens talia perpeti. Ergo ſapiens miſer eſſe poterit: quidā cū prima conceſſerint. Conſequentia reprendunt: quod Ciceroni non placet conceſſis enim primis cōſequentia quoqꝫ concedenda vidētur ex formula dialecticorū: nā ſillogiſmus eſt oratio in qua cōceſſis quibuſdā aliud quiddā per ea:quæ conceſſa ſunt neceſſario conficitur. Vexatur: vellicatur: taxatur:arguitur. De ſignificatu huius verbi lege macrobiū & gelliū.

Triplicia mala.

*Sapiens nunq̃ in miſeria*

Sillogiſmus.

tormenta: cruciatus patriæ euerſiones:exilia orbitates magnam vim habere ad male miſereqꝫ viuendū: non eſt auſus elate & ample loqui cum humiliter demiſſeqꝫ ſentiret. Quam bene non queritur conſtāter quidem certe. Itaqꝫ mihi placere non ſolet conſequentia reprehendere: cū prima conceſſeris. Hic autem elegantiſſimus omniū philoſophorū & eruditiſſimus: nō magnopere reprehēditur cum dicitur tria genera honorum. Vexatur autē ab omnibus. Primū in eo libro quem ſcripſit de vita beata:in quo multa diſputat: quāobrem is qui torqueatur. q cruciẽtur. beatus eẽ non poſſit. In eo ẽt putatur dicere

in rotam beatã vitam non aſcendere. Nuſquã id quidem dicit omnino: ſed que dicit idem valét. Poſſum igitur cui conceſſerim in malis corporis eſſe dolores. in malis fortunæ naufragia. huic ſuccenſere dicenti non omnes bonos eſſe beatos. Cum in omnes bonos ea quæ ille in malis numerat: cadere poſſit vexatur idẽ Theophraſt⁹: & libris & ſcholis omniũ philoſophorum

In rotam: genus eſt Diri formenti: quo ac tempeſtate germani aliiq́ꝫ tranſmontani in atrocibus ſceleribus puniendis prope peculiariter vtuntur. libet in hoc gloriari iliacis nationibus: nulli mitiores placuiſſe pœnas. De hoc genere ſupplicii intelligitur apud poetam ſic ſcribentem. Radiiſq́ꝫ rotarũ diſtricti pendent. Dixit theophraſtus & merito dixit: quamuis ſtoici reclament. In Rotæ tormenta non aſcendere vitã beatam: quid enim queſo beati eẽ poteſt in cõtubernio cruciatuum: ac ſuppliciorum? q̃ cõmunicatio beatæ vitę cũ tortoribus radiiſq́ꝫ rotarum quibus ſapientiſſimus: fortiſſimus: pacientiſſimus. q ſ q́ꝫ ſuccũberet: quibus ſtoici illi magnidici & verborũ tenus apathes. ſuccubuiſſẽt dixiſſentq́ꝫ Aliud eẽ in ſchola iactãter loqui. Aliud i rota cruciabiliter torqueri. De qua ſic ſcribit Seneca in decima epiſtolarum moraliũ: caput vſq́ꝫ eo dimiſit: donec radiis insereret: & tandiu ſe in Sedili ſuo tenuit. donec ceruicem circũactu rotæ frangeret: hæc tamen ſenecę verba de rota vehiculi intelligũtur: nõ de illa rota: que pro tormenti genere tantũ parata eſt: cuius Apuleius quoq́ꝫ commeminit: in aſino aureo. Idẽ valẽt: ſenſus ẽ: theophraſtus nuſq̃ in libris ſuis nominatim dicit: in rotã non aſcendere vitã beatã: ſed conſimilia eloquitur. Idẽ pollentia: In hac enim ſententia eſt: vt q cruciatur q torquetur is beatus eſſe nõ poſſit. Huic ſuccenſere dicenti: interrogatiue pronunciandũ: eſt enim ſenſus: ſi concedo thophraſto: que primo loco ponit videlicet mala eſſe corporis & fortunæ incõmoda: Debeo illi & conſequentia cõcedere nec merito poſſum ſuccenſere dũ dicit non omnes bonos eſſe beatos: cũ in quẽlibet bonũ ac ſapientem cadere poſſint dolores corporis & naufragia fortunæ: quæ a Theophraſto in malis numerãtur: Succẽſere aut eſt iraſci iuſta de cauſa: auctor donatus: Catholica eſt illa apud ſiliũ fabiana ſentẽtia ſuccenſere nefas patriæ. In chaliſtene: nomẽ eſt libri cõditi a theophraſto: de interitu caliſthenis ſodalis ſui acerbiſſimo: ſuper quo in tertio cõmentario ſatis multa. Vitã regit fortuna: in libro de fœlicitate documus: queẽadmobũ antiqui fortunã exiſtimarũt deã eſſe p̃potentẽ moderatricẽq́ꝫ rerũ humanarũ: que toto modo omnibus locis omnibuſq́ꝫ ho

Suppliciũ rotæ.

Stoici magnidici.

Succẽſere

ris: oium vocib⁹ ſola inuocat̃: & vna nominat̃: ſola laudat̃: ſola arguit̃ & cũ cõuitiis colit̃: volubilis & ceca exiſtimata. Vaga incõſtãs: indignorũq; fautrix: huic omnia expenſa: huic omnia ferũtur accepta. & in tota ratione mortalium ſola vtranq; paginam facit. Nam vt inquit veriſſime Ouidius: Nempe dat & quodcunq; libet fortuna ra-

Fortũa toto mũdo inuocat̃:

ꝙ in Caliſthene ſuo laudarit illam ſententiã. vitam regi fortuna: non ſapientia Negant ab vllo philoſopho quicquam dictũ eſſe languidius. Recte id quidem: ſed nihil intelligo dici potuiſſe conſtantius ſi. n. tot ſunt i corpore bona: tot extra corpus in caſu atq; fortuna: nõne conſentaneũ eſt plus fortunã quę domina rerũ ſit & externarũ & ad corpus pertinentiũ quam conſiliũ valere. An malumus Epicurũ imitari: qui multa preclare ſepe dixit quã enim ſibi cõſtanter: conueniẽ

pitq;: fortune ſimulachrũ vt alibi quoq; annotauimus. Cũ copia & gubernaculo figurabant: tanq̃ & hæc opes tribuat: & humanarũ rerum regimẽ obtineat: pſpiciẽter ergo & ſcite dixit thophraſtus. Vitam regi fortuna magis q̃ ſapiẽtia: quã poeta omnipotẽtẽ appellat: cui tanq̃ deæ tẽpla erexerũt. In cælo quoq; locũ aſſignãtes: quintus enim ab horoſcopo co locus appellat̃ bona fortuna: quæ græco vocabulo agathothyche nominatur q aſpectus potẽtiſſimus ẽ. Cũ de trigono ab horoſcopo videatur. Sextus vero locus mala fortuna dictus: hoc eſt cacotyce: qui nulla. cũ horoſcopo ſocietate cõiungitur. Vexent itaq; philoſophi: carpãt caſtigent prout liber hanc theophraſti ſentẽtiã tanq̃ mollẽ ac eneruatã nec tanto viro dignã: cũ conſtet fortunã plus pollere q̃ prudẽtiã q̃ cõſilia ſexcentorũ hominũ: de qua eſt petronii arbitri ille verſus: dignus memoratu. Rerum humanarũ diuinarũq; poteſtas: quæ noua ſemper amas: & mox poſſeſſa relinquis. Recte id quidẽ. ſ. dicũt philoſophi: negãtes quicq̃ dici poſſe languidius. Si enim tot ſunt: per cõditionalẽ enunciationem oſtẽdit plus valere fortunã q̃ ſapientiã. Si modo inquit cõcedimus eſſe bona corporis atq; externa: tot iuga: prout ſentit theophraſtus. Quã ſibi cõſtanter: de incõſtantia epicuri dictũ eſt: In ſecunda Tuſculana: qui ſibi interdũ diſſidet ac repugnat. Laudat tenuem victum: epicurus in epiſtolis aqua & cibario pane ſe contentũ eſſe teſtatur: & ad amicũ ſcribens: mite inqt mihi paulũ caſei: vt cũ epulari lautius voluero poſſim. Certos inqt ſeneca habebat dies ille magiſter voluptatis epicurus: quibus maligne famem extingueret: viſurus an aliquid deeſſet ex plena & cõſumata voluptate: & quantũ deeſſet. Idem

Fortunæ Simulachrum.

Agatotyche.

Cacotyche.

Verſus petronii arbitri.

Tenuis vict⁹ epicuri.

Vict⁹ ſimplex ſaluberrimus

dicebat auctore laertio ſimplices ſapores æquā magnifico luxui ferre voluptatē: & ſimplicē victū ac tenuē cōferre ad bonā valitudinē hominéq; ad vitæ vſus neceſſarios efficere impigrū ac ſtrenuum: libros ſuos epicurus vt inquit Hieronymus. Referſit oleribus & pomis: hoc quidā ſentire & tradere eſt philoſophi: ſed philoſophi grauis non voluptarii videtur enim talis ſententia parū cōuenire illi qui ſummū bonū collocat i voluptate: qđ ſi talia detenui uictu dicerentur a ſocrate ſiue ab ātiſthene plauſibiliter acciperēt: illi .n. fuere philoſophi grauioris auſteriorisq; diſciplinæ: Socrate nihil notius. Antiſthenes vero fuit cynicæ ſectæ: cōditor vel illuſtrator: cuius geſtamina fuerūt: palliū: pera: & baculus: cognominatus haplocyon: hoc eſt ſimplex canis voluptatē ſummū malū eſſe dixit: eius nāq; hoc verbū ē: μαρειηρ μαλλορ ησθειηρ: ideſt inſanirē potiuſquā oblectaret:

Antiſthenes ſectæ cynicę cōditor.

Haplocyon.

terq; dicat nō laborat Laudat tenuem victū philoſophi id quidem ſed ſi Socrates Antiſthenes diceret non is qui finē bonorum voluptatem eſſe dixerit: negat quēquā iucūde poſſe viuere: niſi idē honeſte ſapienter iuſteq; viuat. Nihil grauiꝰ nil philoſophia digniꝰ niſi idē hoc ipſum honeſte ſapiēter iuſte ad voluptatē referret. Quid melius quā fortunā exigum interuenire ſapiēti; ſed hoc is ne dicit: qui cū dolorem nō modo maximū malum ſed ſolū malū etiā dixerit toto corpore oprimi poſſit doloribus acerrimis: tum cū maxime contra fortu

Negat .ſ. epicurus. Iucunde poſſe viuere: ex primo de finibus verba ſubſcripſi: quę ſūt hęc Clamat epicurus: is quē nimis voluptatibus eſſe deditum dicitis: nō poſſe iucunde viui niſi ſapienter honeſte iuſte viuatur: nec ſapienter honeſte iuſte niſi iucunde: auctor eſt laertius epicurū dixiſſe virtutem eſſe a voluptate inſeparabilē: & iucundā vitā: a virtutibus ſeparari nō poſſe. Quid melius q̄ fortunā: pergit referre ſententias epicuri laudabiles & ſummis philoſophis dignas: a quibus ipſemet diſſidere videbatur: ſententia enim eſt hæc epicuri memoratiſſima. Raro fortunam interuenit ſapienti: vel ſic. exigua fortuna interuenit ſapienti: talis autē ſapientia cum ſit robuſta planeq; virilis non videtur cōgruere philoſopho: illi qui dixit dolorem eſſe maximū malum Nam ſi verum eſt dolorem eſſe maximum malum: poterit non exigua: ſed maxima fortuna caſuſq; interuenire ſapienti: qui doloribus acerrimis non minus opprimi poteſt: q̄ qlibet inſipiens. De epicuro in ſecunda tuſculana copioſius: vbi conivuentes preteriuimus illud: ſed homo cau

Sentētia epicuri.

Homo catus. epicurus.

nam:glorietur Quod idẽ meliori-bus etiã verbis. Metrodorus. Oc-cupaui inquit te fortuna atqꝫ cepi: omneſqꝫ aditus tuos interclusi: vt ad me aſpirare non poſſet: precla-re ſi id Ariſto Chius aut ſi ſtoicus Zeno diceret:qui niſi quod turpe eſſet nihil malum duceret. Tu ve-ro Metrodore: qui omne bonum in viſceribus meduliſqꝫ condideris & diffiniens ſummum bonũ firma corporis affectione: explorataque ſpe contineri:fortunæ additus in-terclusiſti. Quomodo iſto .n. bo-no iam expoliari potes. Atqui his capiuntur imperiti:& propter hu-iuſmodi ſentẽtias iſtorũ hoium ẽ

tus nunq̃ terminat modum: non catus legendum eſt:ſed catus : hoc acutus:& ſapiens quem locum grammatici pro teſtimonio aduocant docentes catum dici pro ſapiente. Metrodorus: hic fuit diſcipulus epicuri:qui mox ſe ad carneadem contulit. Amauit meretricem no-mine leontium:ad quam epicurus ſcriptitauit : quæ tam erudita fuit vt auſa ſit ſcribere contra theophraſtum ſcito ſermo-ne & attico : ad hanc referẽ-dum eſt illud plinianum ex proemio. Cernimus aduer-ſus theophraſtum ſcripſiſſe etiam fœminam metrodo-rus ab epicuro ſapiens ap-pellatus:putabat: vt ante di-ctum eſt.eum perfecte bea-tum cui corpus bene conſti-tutum eſſet : & exploratum ita ſemper fore : quis autem eſt iſte? cui exploratum hoc poſſit eſſe: cum momẽto ſe mihoræ:poſſit vel robuſtiſ-ſimus ægrotatione ſubner-uari :magnifica eſt plane & animoſa metrodori illa vox qua ait ſe intercluſiſſe adit⁹ oẽs fortunæ:ne ad eũ poſſit aſpirare : neqꝫ in ipm lõgas manus habere: ſed cũ ſit metrodorus philoſophus : voluptarius ac mollis omne bonum in viſceribus collocatus:non videtur ei conue-nire tam virilis tamqꝫ excelſa ſententia:q̃ ſi aut ab ariſtone aut ab ze-none diceretur preclare dici videretur:cum fuerint illi longe:auſterio-res grauioreſqꝫ philoſophi graui enim : grauis voluptario voluptaria eſt accommodata ſententia. Aſpirare accedere. Virgilius. Nec æqs Aſpirat achillis: alias fauere:vt Virgilius. Aſpirat primo fortuna la-bori. Ariſton chius: huius ariſtonis chii meminit in libro quoqꝫ de ſenectute:neſcio an hic ſit ille Ariſto cuius exploſa ſentẽtia eſt dicen-tis nihil differre. aliud ab alio:nec eſſe res vllas p̃ter virtutes & vitia ĩ-ter quas:qcquã oino intereſſet:hũc in libris de finibus idẽtidẽ taxat. zenone vero cõditore ſtoicæ ſectæ:nihil celebratius:qui nihil bonum niſi honeſtũ:nihil malũ niſi turpe eſſe cẽſet:cui⁹ paradoxa illudit .M. Tul. in oratione ꝓ murena:& in quarto de finib⁹ refellit: ĩ tuſculanis

Metrodorus.

Leontiũ meretrix cõtra theophraſtũ.

Magnifica vox metrodori.

**Pro ſtoicis & contra ſtoicos**

vero quæſtionibus totus eſt ſtoicus & ſtoici dogmatis propugnator
Sunt ergo veluti loci cōmunes : dicere pro ſtoicis & contra ſtoicos.
Quid cuiq; dicendū:philoſopho voluptario non eſt dicendū ſe eſſe
ſupra fortunā collocatū:nec enim talē virū talis decet ſententia:ſicut
ſtoico:& cynico non conuenit dicere voluptatē eſſe ſummū bonū: &
omnia voluptatis cauſa fa-
cienda: talis enim ſententia
decet epicureos & aſotos:
de ariſtippi ſchola: igitur q
acutus diſputator eſt ſpec-
tat nō tā quid quiſq; dicat:
q̄ quid cuiq; dicendū ſit: vi
det non tā quid dicat Me-
trodorus:ſed qd dicere de-
beat. Quid dicā bonos:

**Fimbriæ factum ſapiens**

fimbriæ cōſularis viri factū
illud oppido q̄ ſapiens: qui
iudex exiſtens. M.Lutatio:
cū is ſponſionē feciſſet: ꝙ
vir bonus eſſet: noluit eā rē
iudicare: ne aut ſpoliaret fa
ma probatū hominē ſi con-
tra iudicauiſſet: aut ſtatuiſſe
videretur virū bonū aliquē
eſſe cū ea res innumerabili-
bus officiis & laudibus cō-
tineretur. Ex Valerio maxi-

**Bon⁹ cōſtat ex multis**

**Rari boni**

mo &.M.Tullio. Eū dicimus virū bonū:qui proſit:quibus poſſit:no-
ceat nemini. Et vt hoc in loco explicat. M.Tullius:dicimus viros bo-
nos: omnibus virtutibus ornatos: quales pauciſſimi vix reperiuntur:
nā vt inquit ille:Rari quippe boni numero vix totidē quot thebarum
portæ vel diuitis hoſtia nili. Seneca ait Iouem nō plus poſſe q̄ virum
bonū. Tanta eſt vis bonitatis. Subiecta notio:intelligentia & ſenſus
De notione ſupra dictū eſt. Secretis:ſeiūctis:ſequeſtratis:demotis.

**Beatitudo quid**

Cumulata complexio:Boetius in tertio de conſolatione:beatitudi-
nē ait eſſe ſtatū bonorū omniū congregatione perfectū. Auguſtinus
quoq; in quinto de ciuitate dei fœlicitatē dicit eſſe plenitudinē om-
niū rerum optandarum : quibus qui fruuntur beati merito dicuntur.

**Magnidici ſtoici**

Si quicq̄ boni:tanquā ſtoicus ducit ſolā virtutē in bonis:nec in ma
lis ponit fortunæ naufragia & corporis dolores:vult enim ſolā virtu
tem eſſe effectricē vitæ beatæ:etiā ſi abſint cōmoda fortunæ & cor-

multitudo. Acute autē diſputātis
illud eſt. Nūquid quiſq; dicat:ſed
quid cuiq; dicendū ſit videre. Ve-
lut ea ipſa ſententia:quā in hac diſ
putatione ſuſcepimus. Omnis bo
nos ſemper beatos volumus eſſe:
quos dicam bonos perſpicuū eſt.
Omnibus.n. virtutibus inſtructos
& ornatos:tū viros bonos dicim⁹
Videamus qui dicendi ſunt beati.
Equidem hos exiſtimo:qui ſint in
bonis nullo adiuncto malo:nec vl
la alia huic verbo: cū beatū dicim⁹
ſubiecta notio eſt : niſi ſecretis ma-
lis omnibus cumulata bonorum
complexio: hanc aſſequi virtus:ſi
quicq̄ preter ipſam boni eſt nō po

poris:& adſint incõmoda:quæ ſtoici volũt mala appellare: cũ ſapiens in his eſſe poſſit ſed vt ſæpe diximus ſpecioſe magnificeq; iſta dicũtur:cũ autem ventũ ad verum eſt ſenſus moreſq; repugnant. Caſus importat:Ariſtoteles in phyſicis.Quotiens inquit aliquid cuiuſpiam rei gratia geritur aliudq; quibuſdã decauſis:q̃ quod intendebatur obtingit:caſus vocatur:licet caſum diffinire vt docet Boetius in qnto de conſolatiõe inopinatũ eſſe euentũ. Statius ſentẽtialiter ait: omnia caſum fecimus: & vires auxit fortuna nocendi ſenſus eſt.Si mala ſunt quę ex caſu fortunaq; proueniũt: ſapiẽs beatus eſſe non poterit. Cũ in illum poſſit caſus incurrere : poſſitq; ſubiectus eſſe omnibus fortunæ fulminibus. Cõmunib⁹ magiſtris: vt antiocho:ariſtoni & aliis qui fuerũt cõmunes doctores.M.Bruti: & Ciceronis. — Caſus quid.

teſt. Aderit enĩ malorũ ſi mala illa dicimus turba quædã paupertas: ignobilitas : humilitas : ſolitudo: amiſſio ſuorũ graues dolores corporis: perdita valitudo: debilitas: cæcitas interitus patriæ:exiliũ ſeruitus.Deniq; in his tot & tantis:atq; etiã que plura poſſunt accidere poteſt eſſe ſapiens: nam hæc caſus importat qui in ſapientẽ poteſt incurrere. At ſi ea mala ſunt quis poteſt preſtare ſapiẽtẽ ſemper beatũ fore cũ vel in oĩbus his vno tẽpore eſſe poſſit. Non igitur facile concedo neq; Bruto meo:neq; cõmunibus magiſtris: neq; veteribus illis Ariſtoteli.Speuſippo.Xenocrati: Polemoni: vt ea que ſupra enumeraui in malis numerẽt:idẽ dicãt ſemper beatũ eſſe ſapientẽ. Quos ſi titulus hic delectat inſignis & pulcher.Pythagora Socrate & Platone dignifſimus inducãt animũ illa quorũ ſplendore capiuntur: vires valitudinẽ pulchritudinẽ: diuitias honores opes contẽnere:ea q̃ his

Speuſippo: hic ex ſorore platonis genit⁹. Scholæ platonicę octo annos magiſter fuit: ſpeuſippo ſucceſſit in academia Xenocrates philoſophorũ ſeueriſſimus:qui cũ eſſet ingenio hebeti & tardo:dixit Plato illum ægere calcaribus: hũc dixit meretrix phryne nõ virũ eſſe:ſed ſtatuã: cũ nullis blandimentis hominẽ illicere potuiſſet ad concubitum Xenocrati : ſucceſſit polemon:qui cum eſſet adoleſcens impudicus p̃ditæq; luxuriæ audito Xenocrate:ad frugalitatẽ modeſtiãq; conuerſus: ex infami ganeone maximus philoſophus euaſit.De quo Oratius:quæro facias ne qđ olim mutatus polemon ponas inſignia morbi:hi tres ſucceſſores Platonis — Speuſippus — Xenocrates — Polemon

academiam nouis opinionibus repleuerũt. Ita ſincera illa platonis do
ctrina vna cũ eo extincta eſt. His contraria: imbecillitatẽ: ægrotatio
nem: deformitatẽ: paupertatẽ: ignominiã: & cætera hoc genus: quæ
a nobis mala nominantur: quæ vult cicero pro nihilo duci: ſicut & il
la quæ nos bona appellamus dicit eſſe contẽnenda: vt ſapiens ſemp
beatus eſſe poſſit: & ſola vir
tus ſit effœctrix beatitatis.

Opinio multitudinis.

Nec multitudinis opinio
ne: opinio multitudinis eſt
ſine bonis fortunæ & cor
poris non poſſe effici homi
nem beatum eadẽ opinatur
maxima malorum eſſe æge
ſtatem dolorẽ: & cætera in
fortunia: quibus obrutus ſa
piens fiat miſer: philoſophi
pręcipiunt ad opinionẽ tur
bæ non eſſe viuendũ neque
multitudini credendũ: quæ
inconſulta: temeraria: turbu
lenta: plerũq; eſt: ſine ratio
ne: ſine modeſtia: hinc ver
ſus ille notiſſimus. Scindit
incertũ ſtudia in contraria
vulgus. Omnia in ſeſe: cõ
uenit huic ſentẽtiæ illud p
ſianũ nec te quæſiueris ex
tra: & illud: omnes opes in
meipſo ſitæ ſunt. Et hæc
loqui: ſenſus eſt: non poſſu
mus magna loqui dicentes
ſapientem eſſe beatũ: & nu
merare in bonis & malis quæ vulgus enumerat nã ſi talia ſunt in bo
nis malis ve ducenda ſapiens beatus eſſe non poterit: vel cũ bona de
fuerint: vel cũ mala affuerint.

Si diis placet.

Si diis placet cũ indignatione & cõ
temptu hoc dici ſolet. Quã hoc ſuaue eſt: in ſuperioribus reprẽſus
eſt epicurus tanq̃ incõſtans & ridiculus: qui cenſet ſapientẽ ſi inclu
datur tauro phalaridis dicturũ: q̃ hoc ſuaue eſt: quid aliud diceret ſi
eſſet in lectulo: hoc autẽ ridiculũ eſt decerni ab illo ipſo philoſopho: q
voluptarius eſt: qui dolorẽ non ſolũ malũ: dicit: ſed malorũ omnium
extremũ: ex quo colligimus: repugnantia dici ab epicuro: & aliena ab

contraria ſunt pro nihilo ducere.
Tum poterũt clariſſima voce pro
fiteri ſe neq; fortunæ impetu: nec
multitudinis opinione: nec dolo
re: neq; paupertate terreri: omnia
que ſibi in ſeſe eſſe poſita: neq; eſſe
quicq̃ extra ſuam poteſtatẽ: quod
ducant in bonis. Neq; hũc & hec
loqui q̃ ſunt magni cuiuſdã & alti
viri: & eadem que vulgus in malis
& bonis numerare cõcedi vllo mo
do poteſt. Qua gloria commotus
Epicurus exoritur: cui etiam ſi diis
placet videtur ſemper ſapiens bea
tus. Hic dignitate huius ſentẽtiæ
capitur: ſed nũquã id diceret ſi ipſe
ſe audiret: quid eſt enim q̃d minus
cõueniat quã vt his qui vel ſum
mum vel ſolum malũ dolorẽ eſſe
dicat: idẽ cenſeat: quã hoc ſuaue ẽ
tum cũ dolore crucietur: dictũ eſſe

ſapientẽ. Nõ igitur ex ſingulis vocibus philoſophi ſpectandi ſunt: ſed ex perpetuitate atq; conſtãtia. A. Adducis me vt tibi aſſẽtiar: ſed tua quoq; vide ne deſideretur cõſtantia. M. Quoniã modo. A. qa legituũ nuper quartũ de finib9 in eo mihi videbare contra Catonẽ diſſerens hoc velle oſtẽdere: quod mihi quidẽ probatur inter zenonem & peripateticos nihil præter verborũ nouitatẽ intereſſe: quod ſi ita ẽ qd eſt cauſæ quin ſi zenonis rõni cõſentaneũ ſit ſatis magnam vim in virtute eẽ ad beate viuẽdũ liceat idẽ pipateticis dicere. Rẽ. n. opinor ſpectari oportere nõ verba. M. Tu qdẽ tabellis obſignatis agis mecum: & teſtificaris quid di

eius dogmate delicato. Ideoq; ſpectare nõ debemus quid ſemel dicant philoſophi ſed q̃ cõſtanter: & perenniter ſeruẽt ꝓpoſitũ. Nihil præter verborũ nouitatẽ. Quarto de finibus bonorũ & malorũ volumine differit. M. Tullius cõtra Catonem vticenſem: qui in tertio de finibus diſputator inductus ſtoicorũ dogmata alacriter defendit. In eo libro ſic ait. M. Tulli9: vides ne igitur zenonẽ tuũ cũ Ariſtone verbis cõſiſtere: te diſſidere: cũ Ariſtotele & illis reconſentire verbis diſcrepare. Rẽ ſpectari non verba: Rerum cauſa inuenta ſunt verba: qui rei ſignificãdæ inſeruiant. Vnde vbi de re conſtat: verborũ cõtrouerſia pertinacibus relinquẽda eſt cunq; omnis controuerſia aut de re ſoleat: aut de nomine eſſe: vtraq; earum naſcitur: ſi aut res ignoratur: aut enarratur. In nomine: ſtoici dicũt cõmoda fortunæ & corporis peripatetici bona re conſentiunt verbis diſſident: quid enim refert vtrũ cõmoda appelles an bona: dũ idem ſentias: ſtoici dicunt prępoſitum eſſe diuitias: bonũ eſſe negant: cũ tamen hoc vocabulũ prępoſitũ plus ſignificet pœne q̃ bonũ. Nã ex eo dictũ videtur: qđ pręponatur aliis: meritoq; dicebat. M. Piſo plus tribui diuitiis a zenone: qui eas in prępoſitis poneret: q̃ ab Ariſtotele: qui bonum eſſe diuitias fateretur: ſed neque magnum bonum: & prę rectis honeſtiſque contemnendum: & deſpiciendum: nec magnopere expetendum: omninoque de iſtis omnibus verbis a zenone mutatis. Ita. M. Piſo diſputabat: & quę bona negarentur eſſe ab eo & quę mala illa lętioribus nominibus ab eo appellari q̃ a nobis: hęc triſtioribus.

Tabellis obſignatis agis mecum: quando quiſpiam diuerſa dicit: ab his quę alias approbauit. Solemus tabulas illius manu ſcriptas obſignataſque proferre ad coarguendum: quibus continetur:

Verba rerũ cauſa inuenit.

Cõmoda Bona.

Præpoſitum.

Diuitię i p̃poſitis.

quid alio tempore ſenſerit:quæ refutatio eſt potentiſſima:cui vix cō-
tradici poſſe videatur: cum aduerſum me mea ſcripta depromuntur
inde prouerbialis elocutio eſt. Agis mecū tabellis obſignatis: pro eo
quod eſt:me reuincis:teſtimonio mearū litterarum meorūq; ſcripto-
rum:ſicut nunc diſcipulus contra Ciceronē citat libros ipſius Cice-
ronis de finib⁹: quib⁹ aliud
cenſet:q̄ his Tuſculanis q̄-
ſtionibus ſentiat.M. Anto-
nius orator:dicere ſolitus ē
Iccirco ſe nullā vnq̄ oratio
nem ſcripſiſſe:vt ſiquid ali-
quādo: quod nō opus eſſet
ab ſe eſſet dictum: poſſet ſe
negare dixiſſe:olim.M.Bru
tus cum.L. Plancum accu-
ſaret: & eum defenderet.L.
Craſſus orator duos recita
tores conſtituit: qui ex dua
bus Craſſi orationibus capi
ta alterna inter ſe contraria
recitarent: quo animi iudi-
cium in craſſum incēderēt:
tūc.L.Craſſus aliquantū cō
motus ſe excuſauit dicens
orationes cauſarū eſſe & tē
porum non autē hominum
ipſorū ac patronum. Nos
in diem viuimus.i. nūquā
permanemus perſeueranter
in vna ſententia: ſed quoti-
die noua depromim⁹: ſicut
illi qui viuunt in diem quotidie parant noua cibaria nihil ſeruantes
nec recondito vtuntur: hodie appetentes hoc cras illud. quorum va-
ria eſt vita & vinctus:nihili homines ſunt qui in diem viuunt:deterio
res qui in horā: de quibus in quinta antoniana ſic:hæc qui in horā
viuerent: non modo de fortunis & de bonis ciuiū ſed ne quidem de
vtilitate ſua cogitauerunt:ſicut inquit apud hos:qui in diē viuunt:ni
hil eſt conſtituti: nihil certi:ſic mihi:nulla eſt firma pertinaxq; ſenten
tia ſequenti id quod probabilitate animū cōmouit. Idem beatiſſim⁹
teneamus inquit hāc ſentētiā:vt ſit idē beat⁹:& beatiſſim⁹:vt nihil ſit
beatius:beatio: ſicut ſtoici dicunt: nihil eſſe rectius recto. Verius ve-

Agere tabellis obſignatis.

Nullam ſcripſit orationē. .M.Antonius.

Contraria capita ex orationib⁹ craſſi.

Viuere in diem.

Viuere in horam.

xerim aliquādo aut ſcripſerim. Cū
aliis iſto modo qui legibus impo-
ſitis diſputant. Nos in diem viui-
mus:quodcunq; noſtros animos
probabilitate percuſſit id dicimus.
Itaq; ſoli ſumus liberi. Verūtamen
quoniam de conſtantia: pauloan-
te diximus: non ego hoc loco id
querendum puto verum ne ſit qd
ʒenoni placuerit:quodq; eius audi
dori Ariſtoni bonum eſſe ſolū qd
honeſtum eſſet:ſed ſi ita eſſet tū vt
hoc totum beate viuere in vna vir
tute poneret: quare demus hoc ſa
ne Bruto vt ſit beatus ſemper ſa-
piens: quam ſibi conueniat ipſe
viderit gloria quidem huius ſentē-
tie: quis eſt illo viro dignior nos
tamen teneamus vt ſi idem beatiſſi
mus. Et ſi ʒeno Citiæus aduena q-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dam & ignobilis vrborum opifex inſinuaſſe ſe in antiquam philoſophiam videtur:huius ſentẽtiæ grauitas a Platonis auctoritate reperatur apud quẽ ſæpe hæc oratio vſurpata eſt: vt nihil præter virtutẽ diceretur bonũ. Velut in Gorgia Socrates cũ eſſet ex eo quæſitũ Archelaum perdicæ filium: qui tũ fortunatiſſimus haberetur:nõne beatum putaret? Haud ſcio inquit:nũquam.n.cũ eo locutus ſum. An tu aliter id ſcire nõ potes:nullo modo. Tu igitur ne de perſarũ qdé rege magno potes dicere: beatus ne ſit? An ego poſſum:cũ ignoré quã ſit doctus: q̃ vir bonus quid tu in eo ſi tã vitã beatã putas:ita prorſ⁹ exiſtimo bonos beatos:improbos

to planius plano. zeno citius:zeno princeps ſtoicorum fuit ex citio ciuitate cypri vt ſtrabo & Laertius cõmeminere: hic non tã rerum inuentor fuit:q̃ nouorũ verborũ:ſtoici.n.ex omnibus philoſophis plurima nominauerunt:in tertio de natura deorũ tradit zenonẽ magnã quoq; moleſtiã ſuſcepiſſe: dũ vult vocabulorũ cauſas explicare: ſenſus eſt zenonẽ celebrari perinde ac auctorẽ illius lucutiæ ſententiæ:quæ ait:nihil preter virtutẽ eſſe bonũ: cũ ante zenonẽ a platone talis ſentẽtia tradita doctore ſit. *Nihil planı⁹ plano*

motus: & ſpatia planetarũ: per zodiacũ ſtellæ errantes ferũtur: luna p
totam latitudinem zodiaci vagatur: ſed omnino non exedens cũ mer
curii ſtella. Ex duodenis partibus tot n. ſunt ſigniferi latitudinis non
amplius octonas pererrat: mars quattuor medias: ſaturnus duas vt ſol:
iuppiter mediã partẽ: & ſup eã duas: partes ãt appello: vt Pli. & Mar
tian⁹ vt ſchola eruditorũ: quos grad⁹ nominãt hoc ampli⁹ rata dici-
m⁹ ſpatia curſ⁹ planetarũ: cũ Saturn⁹. xxx. ãnis circulũ ſuũ pagat iup
piter duodẽis mars biẽnio: ſol ãnuo ſpatio Ven⁹ ſigniferi ãbitũ pagat
trecẽtis & duodequinquagenis dieb⁹. Mercurius nouẽ dieb⁹ ocior ſit.

Interualla Planetarũ.
Stati mot⁹ ſtellarũ
Motus p zodiacũ.
Partes gradus
Quot annis peragrant circulũ planete

Luna vero quater ſeptenis diebus curriculã ſuũ conficiat. Illos veteres: De his Ouidius: fœlices animæ: quibus hoc cognoſcere primũ. Inq; domos ſuperas ſcandere cura fuit. Nata initiorum: diſputatio apud philoſophos moroſa multiplex: diſcors: diu eſt agitata: quæ ſit origo rerum: thales mileſius aquam principiũ rerum omniũ eſſe dixit. Heraclitus ignem: magorũ ſacerdotes: equam & ignem Anaximenes aera. Anaximander: Democritus infinitum dixerũt eſſe vniuerſum quoniam a nullo creatũ: immutabile etiam eſſe: eorum vero quæ non gignũtur nullum exiſtere principiũ. Epicurus atomos. Pythagoras Empedocles: Epicharmus: aliiq; phyſici principia quatuor elementa propoſuerũt. Plato deum factitatorem mũdi eſſe autumat. Ariſtoteles. Plinius. Pytagoras: mundũ infactum: & innatũ: neq; interiturum vnquã crediderũt: ſed hæc & id genus alia: cum nihil cõducentia ſint ad bene beateq; viuendũ: merito improbata ſunt a ſocrate & de talibus Hieremias ſenſiſſe videtur cũ ait infatuatus eſt homo a ſcientia ſua. Itaq; cum his occupari infructuoſum negocium ſit: ad illa magis intẽdamus animũ: quæ conducibiliora ſunt: pertinẽtq; ad explicationem tuſculanarũ: & veſtigationem vitæ beatæ: ſemper qua præſens cõmentatio peruagatur.

De origine rerum varia.
Thales
Heraclit⁹.
Anaximenes
Anaximãder.
Democritus.
Elemẽta principia
Mundus innatus infactus
Hieremias.

Horum nimirum aſpectus impulit illos veteres: & admonuit vt plura quærerent. Inde eſt indagatio nata initiorum tanquam ſeminũ vnde eſſent omnia orta: generata concreta: quæq; cuiuſque generis vel inanimi vel animati: vel muti vel loquẽtis origo. Quę vita:

Vel inanimi: carentis anima: Inanima enim dicimus quę ſine anima ſunt libro ſecũdo de officiis: quæ ad hominũ vitam tuendã pertinent: partim ſunt inanima: vt aurum argumentmu. Vel loquentis origo: Virgilius. Vnde hominũ genus & pecudes. Varia eſt autem circa hoc opinio philoſophorum. alii .n. de humore dicunt: alii de igne. alii de atomis. alii de quattuor elementis dicũt eſſe originem hominũ & cæterarũ animantiũ: quidã homines ſemper fuiſſe tradunt: nec eorũ generi caput exordiũq; vllũ extitiſſe arbitrãtur: que ſententia auctores habet pythagorã ſamiũ: architam tarentinũ: omneſq; adeo pythagoricos. Item antiquę academię philoſophi non aliud videntur opinat: Ariſtoteles quoq; & Theophraſtus: multiq; p̃terea non ignobiles peripatetici idem ſcripſerũt. Eiuſq; rei exempla dicunt: quod negant omnino poſſe reperiri aues ne an oua prius generata ſint: cum & ouũ ſine aue & auis ſine ouo gigni non poſſit: itaq; omniũ: quę in ſempiterno iſto mõdo ſemper fuerũt futuraq; ſunt aiũt principiũ fuiſſe nullũ: quod orbem eſſe quẽdam

Inanima
De origine animantium
Hoies ſẽp fuiſſe
Aues ne an oua prius.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Homines primige-nii. Dogma eccleſia-ſticum.**

generantiū naſcentiūq;: in quo vniuſcuiuſq; geniti initiū ſimul & fi-nis eſſe videat: q aūt homines aliquos primigenios diuinitus natura factos crederent multi fuerūt: ſed aliter atq; aliter hac exiſtimatione verſati:eccleſiaſticū dogma:cui credentiq; conuenit:vtpote ſancto & probo tradit a deo factum eſſe hominem: & cætera animantia in pri-mordiali origine mūdi fu-iſſe procreata:de quorū cō-ditu Ambroſius in exame-ro: multa copioſe & ſciēter percenſuit. Viciſſitudo:ex palingeneſia dogmateq; py-thagoræ: qui apud Ouidiū ſic inquit.omnia vertuntur nihil interit errat : & illinc huc venit.hinc illuc:& quoſ libet occupat artus: Ariſto-teles quoq; in libris de gene ratione & corruptiōe aliud in aliud trāſmutari differit: & corruptionē vnius eſſe al teri⁹ generationē: qn etiā a

quis interitus: quæq; ex alio in ali ud viciſſitudo atque mutatio. Vt de terra & quibus librata ponde ribus : quibus cauernis maria ſu ſtineantur . In qua omnia delata grauitate medium mundi locum ſemper expetant : qui eſt idem in fimus in rotundo. Hæc tractandi animo & noctes & dies cogitan ti exiſtit illa a deo delphis præce pta cognitio : vt ipſa ſe mens vi tiis exutam: cognoſcat:coniūctāq;

**Corrup-tio vnius generatio alterius**

**Elemēto rū recur-ſus.**

Seneca ſcriptū eſt libro.iii. queſtionū:elemētorū alterni recurſus ſunt quicquid alteri perit in alterū tranſit. Librata ponderibus: Ouid⁹ ponderibus librata ſuis. Plinius aeris vi tradit cū quarto aquarū ele-mento:librari medio ſpatii tellurē:eandēq; vniuerſo cardine ſtare pē-dentem:librantē per quæ pendeat.Ita ſolam immobilem circa eā vo-lubili vniuerſitate:eādēq; ex omnibus necti eidēq; omnia initi. Ca-uernis:terram cauernoſam. fiſtuloſam:venoſam eſſe autumant ſcrip tores idonei: ex quo fit: vt aqua permeet & expreſſa ſyphonū modo exiliat:q̄ ratione maria nō creſcūt:tot fluminū acceſſu quotidiāo: nā

**Libratur terra. Colatur i tranſitu mare.**

quantum influxit per interuenia terræ fiſtuloſæ: tantūdem egeritur. Colatur autē in tranſitu mare:& per multiplices anfractus terrarum amaritudinem ponit:auctores Seneca & Lucretius.Infimus in rotū-do:in omni orbe vel ſphera medietas centrum vocatur: nihil autem aliud eſt cētrū:niſi pūctū:quo ſpheræ aut orbis mediū certiſſima ob

**Imū me-dium in ſphera**

ſeruatione diſtinguitur:in ſphera vero hoc ſolū conſtat. Imū eſſe qđ mediū eſt:talis eſt terra:q̄ ob id a plinio cētralis dicta in q̄ ferūtur oīa innitūturq;:ſp.n.pōdera in imū natura deducit: Percepta cognitio oraculi delphici p̄ceptū ē aureis litteris cōſecratū γρωθι σεαυτοῦ

**Cognoſ-ce teipm**

.i.cognoſce teip̄m:ſup cuius ſignificatu in primo cōmētario copioſe differui.Eo.n.p̄cepto p̄cipit deus vt mētē & ſuā aim q̄ſq; cognoſcat.

Cum diuina mente: Inter deũ & hominẽ cognatio quædam eſt: vt inquit Seneca. cõciliante virtute: & origo animæ celeſtis eſt: meritoqꝫ diuinæ auræ: particula nominat̃ a flacco. Cauſas neceſſitate vexas: fatum ſignificat quod græci ειμαρμενην nũcupant. Ea eſt neceſſitas omniũ que gerũtur ſemp ſibi catenatis nexibus iũcta. Vnde ait trimegiſtus qđ ειμαρμενη & neceſſitas ambe ſibi inuicem: indiuiduo connexæ ſunt glutino: quarũ prima eimarmene rerũ omniũ pariit initia: neceſſitas vero cogitat effectũ quæ ex illis primordiis pendent: has ordo cõſequitur ideſt cõtextus & diſtinctio tẽporis rerũ pficiendarũ. Apuleius in coſmographia ait neceſſitatem eſſe ineffugibilẽ: quę deum ſemper & vbiqꝫ comitatur. Auguſtin⁹ in. v. de ciui. dei: omniũ inquit cõnexionem ſeriẽqꝫ cauſarũ: qua fit omne quod fit fati nomine appellant: quidam autumant fato omnia fieri quæ fiunt: quod ſi ita eſt: nihil erit in noſtra poteſtate nullũqꝫ arbitriũ voluntatis: quod neqꝫ dignũ eſt vt credatur neqꝫ dignũ vt referatur: cũ liberi arbitrii nos deus condiderit feceritqꝫ in nobis mẽtes volũtateſqꝫ adeo liberas: vt de ipſo deo & male ſentiamus & male loquamur cũ nobis iubet Chryſippus eſtuãs laboranſqꝫ quoniã pacto explicet: & fato oĩa fieri: & eẽ aliqd in nobis intricatur q̃ſtione implicatiſſima. Humana & citeriora: mortalẽ philoſophiã intelligit: q̃ tractat ea q̃ nobis ppiora ſunt hũanaqꝫ: & hoibus cõducẽtia magis q̃ illa naturalia: nã vt dixit Socrates que ſupra nos nihil ad nos: ſicut vlteriora: dñt q̃ remotiora ſunt: ſic citeriora q̃ ſũt viciniora ppioraqꝫ: & citima pxima. M. Tulli⁹ in. vi. de repu. lunã citimã terris dixit luce aliena lucere. Genera: vt iuſticia: fortitudo: prudentia & tẽperãtia: qb⁹ vtpote generib⁹ multæ ſpẽs pteſqꝫ ſubiiciũt̃ de qbus copioſe diſſeritur in ſecũdo rhetoricorũ: copioſi⁹ apud philoſophos.

cum diuina mẽte ſe ſentiat: ex quo inſatiabili gaudio cõpleatur. Ipſa enim cogitatio de vi & natura deorum ſtudium incendit illius æternitatis imitandæ. Neque ſe in breuitate vitæ collocatam putat cum rerum cauſas alias ex aliis aptas: & neceſſitate nexas videt: quibus ab æterno tẽpore fluẽtibus in æternum: ratio tamen menſque moderatur. Hæc ille intuens atque ſuſpiciens: vel potius omnes partes horaſque circunſpiciens: quanta rurſus animi tranquillitate humana & citeriora conſiderat. Hinc illa cognitio virtutis exiſtit: effloreſcunt genera parteſque virtutũ. Inuenitur quid ſit qđ natura ſpectet

Eimarmene

Fatũ neceſſitas

Neceſſitas ineffugibilis

Liberũ in nobis arbitrium.

Chryſippus implicatur.

Vlteriora

Citeriora

Citima

cõſtituendũ qd eẽ velimus

Extremũ in bonis:hæc diſputatio latiſſime diſputatur libris q̃nq̃
de finibus bonorũ & malorũ. Degēdæ ætatis ratio:libro primo de
officiis precipit cõſtituendũ eſſe:quos nos & quales eſſe velimus:& in
quo genere vitæ:& in eo cõſtanter perſeuerãdũ:ad hanc aũt rõnem q̃
maximã vim natura habet:fortuna proximã : vtriuſq̧ omnino ratio
habenda eſt:in diligẽdo ge=
neræ vitæ:ſed naturæ ma=
gis. Sequitur tertia diale=
ticam intelligit: de qua pau
lo ante ſatis multa. Cum:
partim. Ad res põderãdas
propter iudicationẽ: qua in
uenta magiſtra dialetica p=
pendimus. Hæc ocii: ta=
lia tractantur in ocio a ſapiẽ
te qnod omni negotio pul=
chrius eſt:qđ omnibus pœ=
ne ſeriis actionibus antepo=
nendã videtur: ſapiẽs.n.in
ocio maiora vtilioraq̧ cõſi
Ociũ ſapientis pulchrius negotio. — cit:q̃ alii negotio; meritoq̧
ſcipionẽ laudant qui dicere
ſolitus erat: nũq̃ ſe minus o
cioſum eſſe q̃ ocioſus eſſet.
Idẽ ſapiẽs: quẽ ſcilicet ani
Sapiens nõ accedit ad remp:. — mo fingimus & cogitatio=
ne cõplectimur. Ad rẽpu.
tuendam:contra epicurus.
non accedet inquit ad rem
publi.ſapiens niſi quid inter
uenerit : negant ſtoici ſapiẽ
tem ad quãlibet rẽpu. acceſ
ſurum. Interrogo te inq̃t Se
neca ad quã rempu . ſapiẽs
acceſſurus ſit ad athenienſiũ? In qua ſocrates dãnatur: ad carthagi=
nenſiũ?In qua aſſidua ſeditio:& optimo cuiq̧ infeſta libertas eſt: ad=
uerſus hoſtes in humana crudelitas aduerſus ſuos hoſtilitas:ſi pcenſe
re ſingula voluero: nullam inuenero rẽpu. que ſapientẽ.aut quã ſapi=
ens pati poſſit. Adiunge fructum amicitiarũ: queſtio eſt vtrum ſa
piẽs & beatus indigeat amicis:quidã enim nihil amicis opus eſſe ho
mini beato autumant. adeſſe enim illi bona omnia nec vllo præterea

extremum in bonis:quod in malis
vltimũ:quo referenda ſint officia:
quæ degende:ætatis ratio diligen=
da:quibus & talibus rebus exquiſi
tis hoc vel maxime efficitur:quod
hac diſputatione agitamus: vt vir
tus ad beate viuendũ ſit ſeipſa cõ
tenta: ſequitur tertia quæ per om
nes partes ſapientiæ manat & fun
ditur quæ rem diffinit:genera diſp
tit: ſequentia adiungit:perfecta cõ
cludit: vera & falſa diiudicat: diſſe
rendi ratio & ſcientia. Ex qua cum
ſumma vtilitas exiſtit ad res põde
randas:tũ maxime ingenua delecta
tio & digna ſapientia:ſed hæc ocii
Tranſeat idẽ iſte ſapiens ad rẽpu=
blicam tuendã quid eo poſſit eſſe
præſtantius: cũ contineri pruden=
tia vtilitatẽ ciuium cernat. Iuſtitia
nihil in ſuã domũ inde deriuet: re
liquis vtatur. Tot tamq̧ variis vir
tutibus:adiunge fructũ amicitiarũ

indigere:ſed videtur iquit vere ariſtoteles in nono ethicorũ abſurdũ cũ omnia beato tribuatur amicos non tribuere: quod maximũ videtur eſſe bonorũ: tolle amicitiã ex cõmercio hominũ: ſolem ipſum ex mundo ſuſtuliſſe videberis: nec vita noſtra peterit eſſe vitalis: nullis boni vt inquit Seneca ſine ſotio iucũda poſſeſſio eſt: q in aduerſis ſunt

Amicitiã maximũ bonum.

in quo adoctis poſitũ eſt cũ conſiliũ omnis vitæ conſentiens: & pœne conſpirans tũ ſumma iucunditas e quotidiano cultu atq victu. Quid hæc tãdẽ vita deſiderat quo ſit beatior: cui rei refertæ tot tantiſq gaudiis fortuna ipſa cedat neceſſe eſt. Quod ſi gaudere talibus bonis animi: ideſt virtutibus beatum eſt: omneſq ſpientes iis gaudiis p-

indigent auxilio: & qui in pſperis indigent his quib⁹ cũ bona cõmunicent: aſpectus amicorũ dulcis eſt in rebus ſecundis: & in rebus aduerſis iucunda preſentia: merito laudatur dictũ illud. εσ τιρο φιλοσ αιτοσ. amicũ eſſe alterum ſeipſum & illud σωματα μερΔυο ψυΧηΔε μια. corpora quidẽ duo: anima autẽ vna: idẽ velle & idem nolle ea demũ perfecta eſt amicitia: qua nihil optabilius: nihil dulcius: nihil beatius eſſe poteſt. Ego vt de me loquar vitam inamabilem ingratã inſuauem eſſe iudicio citra amicorũ cõſuetudinem: ſunt mihi amici cõplures: ſed vnus omniũ cariſſimus vetuſtiſſimuſq. Minus roſcius: cui viginti ab hinc annis amicitia familiaritateq quotidiana copulatus ſum in tantum: vt nihil poſſit eſſe copulatius: nulla vnq̃ toto hoc tẽpore ſeptimana preterit: quin vna conueniremus: legeremus: fabularemus. Illius domus nõ mihi minus nota q̃ mea: nõ minus in familia roſciorũ libere & familiariter dego agoq omnia: q̃ inter domeſticos parietes. Iãq adeo innotuit noſtra hæc apud omnes amicitia ac mutuus amor: vt qui volũt apud minũ eſſe impetrabiles vtãtur me potiſſimũ depræcatore: cũ ille: qua in me felicitate eſt: nihil magis cupiat q̃ deſideriis meis ſatiſfacere: debeo illi multũ: & in dies plurimũ: quotidie cumulantur beneficia: nec vnq̃ expunguntur. Magnũ hoc ego duco: vt nihil magis: quod placui mino roſcio inter ſenatores pręſtantiſſimo inter opulẽtos ditiſſimo: inter eruditos litteratiſſimo atq omnis policitæ prudẽtię conſultiſſimo. cuius nitorẽ affabilitatẽ elegantiã dexteritatẽ ingeniũ preſentiſſimũ. Exoſculor amo ſuſpicio. Tu mi Philippe optime noſtri: quẽadmodum in ore meo ſemper eſt Minus roſcius: qui cũ ſeria: & ioca: vt dicitur: qui mihi auxiliarius conſiliarius eſt in rebus tã meis q̃ amicorum: breuiterq nihil poteſt eſſe iucundus amicitia roſcii & beroaldi. Nõ inter piladẽ & horeſtẽ: nõ inter theſeũ & pyrithoũ: nõ inter reli-

Aſpectus amicorũ dulcis.

Nihil amicitia preſtantius.

Min⁹ roſcius amicorũ optimus.

Nota amicitia.

Beroaldi cum roſcio laus.

Mini roſcii.

Qui cum ioca & ſeria.

Par amicorũ roſcius & beroaldus.

Amicitia expetẽda

Amicitia in ſcholis ſancta.

quos nomine amicitiæ famigeratos: arctior beniuolentia: cõſuetudo iucundior: amor ſincerior: extitit: fortaſſis & olim nomẽ noſtrũ inter rara amicorũ paria cũ laude celebrabitur: libuit ex amoris affectu hęc obiter intexere: cũ de fructu amicitiarũ cõmemoratio autẽ vellens cõmonuiſſet ne ſilenter ꝑterirẽ amicitiæ bonũ quo nullũ maius: q̄ tũ ꝑ ſe tũ ꝑpter fructũ ẽ expetẽda: & inter honeſta cũ primis noiat̃: amicitiarũ ãt ptĩ ſũt veteres: partim nouæ: ptim ab illorũ: partim ab noſtro beneficio ꝑfectæ: ptim vtiliores: ptim min⁹ vtiles: ſed illa haud dubie reliqs oĩbus ſãctior religioſiorq̧ anteponẽda eſt: q̄ in ſcholis: & ex ſtudiorũ ſimilitudine cõparata ad ſenectutẽ vſq̧ firmiſſime durat: talis amicitiæ nexus eſt mihi cũ roſcio meo. in ſcholis. n. inchoata in litterario ſtudio aucta: ad ſummũ ꝑuenit futura durabilis & in diuulſa etiã apud manes: ſi manibus vllus eſt ſenſus. Ad epicurũ: ſenſus eſt: cũ epicurus philoſoph⁹ voluptarius: dicat ſapientẽ etiam ſi vratur: & in tauro phalaridis torquat̃ dicturũ q̄ ſuaue ẽ qd nos facere oportet: q ſummũ bonũ virtute metimur: ſũmũ malũ turpitudine de finib⁹ quaſi dicat nos lõge magis debere audẽter dicere: & palã ꝑfiteri ſapiẽtẽ futurũ beatũ etiã in cruciatu atq̧ tormentis. Induit pſonã: quaſi dicat Epicurus ſolo habitu fuiſſe philoſophũ & nomine: cũ re vera: alienus eſſet a philoſophia: vtpote vt in voluptate ſummũ bonũ poneret: in dolore ſummũ malũ: qd iudiciũ nõ multũ differt a iudicio brutorũ animãtiũ. In vocibus occupatos. Epicurus ſępe inqt q̄ſiui aliquot ex his qui appellabãtur ſapiẽtes quid haberent: quid in bonis relinquerẽt ſi voluptates corporis detraxiſſent: niſi vellẽt inanes voces fundere nihil ab his potui cognoſcere: qui niſi virtutes ebulire vellẽt: & ſapientias nihil aliud dicent: niſi eam viam qua efficiantur hæ voluptates. quæ ſapore auditu tactu: & quolibet ſenſu percipiuntur.

fruuntur: omnes eos cõfiteri beatos eſſe neceſſe eſt. A. Etiã ne in cruciatu atq̧ tormentis. M. An tu me inuiola putas: aut in roſa dicere: an Epicuro qui tantũmodo induit perſonã philoſophi: & ſibi ipſe hoc nomẽ iſcripſit dicere licebit. quod quidẽ vt haber res me tamen plaudente dicit nullũ ſapienti eſſe tempus: & ſi vratur torqueatur ſecetur quin poſſit exclamare quã pro nihilo puto. Cũ preſertim omne malum dolore difiniat bonũ voluptate: hæc noſtra honeſta: turpia irrideat: dicetq̧ nos in vocibus occupatos inanis fons fundere: neque qcquã ad nos pertinere: niſi quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aut lene aut aſperū in corpore ſentiatur. Huic ergo vt dixi non multū differentia iudicio ferarū obliuiſci licebit ſui: & tū fortunam contemnere: cū ſit omne & bonū eius & malū in poteſtate fortunę: tum dicere ſe beatū in ſummo cruciatu atq; tormentis: cū conſtiruerit nō modo ſummū malū eſſe dolorem ſed etiā ſolum. Nec vero illa ſibi remedia cōparauit ad tolerandū dolorem: firmitatē animi: turpitudinis: verecundiā: exercitationem: cōſuetudinemq; patiendi: præcepta fortitudinis duritiam virilem ſed vna ſe dicit recordatione acquieſcere præteritarum voluptatum: vt ſi quis eſtuans: cum vim caloris nō facile patiatur: tecordari velit ſe aliquando in arpinati noſtro gelidis fluminibus circunfuſum fuiſſe.

Aut lene: quod voluptatis eſt. Aut aſperum: quod doloris ē. A iudicio ferarū: Ariſtoteles voluptates inqt guſtatus: & tactus belluinæ ſunt: his.n. feræ ſummū bonū metiūtur. Et idcirco in pecudum ferorūq; animaliū habetur: quiſqs eſt his ferinis voluptatib[9] præuinctus. Obliuiſci ſui: epicurus obliuiſcitur ſui: cū ait ſapientē futurū beatum etiā in tormētis tauroq; phalaridis: propterea quod talia diſſentiunt ab eius dogmate: qui omne bonū collocat in voluptate: & malū in dolore quæ res tota fortunæ ſubiecta ē: ſupra quā fortunā ſapiens dicitur eſſe poſitus generaliter quilibet dici poteſt obliuiſci ſui qui diuerſa dicit & diſſidentia: ab his: quæ ſentit tradit q;. Firmitatē animi in ſecūda tuſculana dictū eſt: ad tolerandū dolorē remedia illa eſſe efficaciſſima videlicet animi contētionē: pacientiā conſuetudinē & alia cōſimilia: q̄ omnia indidē poteris mutuari: vbi copioſiſſime explicātur talia autē remedia non ſibi cōparauit epicurus q̄ ſunt optima ad doloris perpeſſionē: ſed recordatione p̄teritarū voluptatum vtitur pro remedio malorū tanq̄ poſſint preterite voluptates ad memoriam reuocatæ ſedare mitigareque preſentia mala qđ parum probabile eſt: æpicuro enim voluptatum preceptarum recordatio beatam vitam facit: qui moriens ſic ſcripſit in epiſtola ad hermacum: compenſabatur cum his omnibus malis animi leticia: q̄ capiebā memoria rōne iuētionūq; noſtrorū: cōtra Euripides dixit ſuauis eſt preteritorū laborū memoria vidēturq; prouerbiū verius eſſe q̄ epicuri dogmata. Vulgo.n. dicit̄ iucūdi acti labores: ex quo ē illud virgilianū: forſā & hæc oli meminiſſe iuuabit. Geli[9] flumib[9] li. primo đ legib[9] duos fluuios i arpiati eē teſtat̄ quorū alteri fibrēo nomē fuit: i

Volupta-
tes pelui-
ne quę
Obliuiſci
ſui.

Recorda
tio volu-
ptatum.
Iucundi
acti labo-
res.
Fibrenus
i arpinati

quo erat inſula in altero marianā quercū celebrat: vbi de legibus diſputatio inſtituit. Is: epicurus. Non liceret: nō licet philoſopho voluptario: ſūmūq; bonū in voluptate ponēti dicere ſapientē eſſe beatū id.n. incongruens diſſentiēſq; decretis eius eſt. Ex quo fit vt a ſemet ipſo redarguatur cū ea dicat: quę nō ſentiat: qui vt veſtitū ſic ſententiā habeat aliam domeſticā aliam forēſem: vt in fronte oſtentatio ſit intus veritas occultetur: meritoq; inceſſitur epicurus tanq̄ inconſtās ſibiq; pugnans libro ſecūdo de finibus. Quidnā faciēdū: ſi epicurus dicit beatū eſſe ſapientē: quanto magis id aſſerere debent ſtoici: qui nihil in bonis ducūt pręter honeſtū. Balbutire: quēadmodū homo balbus nequit ſenſa animi explicare dicendo: nec plane eloqui & dū fari conatur magis ac magis īplicatur ſic philoſophi balbutire dicuntur quando parum diſerte: parūq; expedite explicāt ſentētias: muſſitantes magis in angulis: q̄ loquentes in propatulo: tales ait eſſe academicos: qui palā non audent dicere. Cū id tamen ſentiant: beatū fore ſapientem etiā in tormētis collocatum: & beatā vitam deſenſurā in taurū phalaridis. Iaceāt humi: cōparatione. ſ. animi bonorū: quę in libra critolai impoſita tātum preponderant. vt terrā & maria deprimant. Sapiens extimeſcit: in ſecūda tuſculana: ſatis multa ad dolorē tollerādum dicta ſunt:

Balbutire philoſophos.

Nō enim video quomodo ſedare poſſint mala pſentia præterite voluptates: ſed cū is dicat ſemper beatū eſſe ſapientem: cui dicere hoc: ſi ſibi conſtare vellet: nō liceret: qd nā faciendū eſt iis qui nihil expetēdum: nihil in bonis ducendū: qd honeſtate careat exiſtimant. Me quidē auctore etiā peripatetici, veteresq; academici balbutire deſināt aliquādo. Aperteque & clara voce audeant dicere beatā vitam in Phalaridis taurū deſcenſuram: ſint enim tria genera bonorū vt iam a laqueis ſtoicorū quibus vſum me pluribus: quā ſoleo: intelligo recedamus: ſint ſane illa genera bonorū dum corporis & externa iaceāt humi: & tantū modo qui ſumēda ſunt appellentur bona. Alia autē diuina illa longe lateque ſe pandant: celūque cōtingant: vt ea qui adeptus ſint: cur eū beatū modo & non beatiſſimū etiam dixerim? Dolorem vero ſapiens extimeſcit. Is enim huic maxime ſententiæ repugnat. Nā contra mortē noſtrā atque noſtrorū: contraque egritudinē: & reliquas animi perturbatiōes: ſatis eſſe videmur ſuperiorū

qui a ſapiente haud dubie ſuperatur: opprimiturq́ꝫ pacientia atq́ꝫ virtute. Succũbet virtus: interrogatiue legendũ quaſi dicat nullo pacto ſuccubiturã dolori virtutẽ: nec ſapientem illi ex vlla parte ceſſurum.

Pueri ſparciate: repete quę ſcripſimus in ſecũdo cõmentario de tolerantia puerorũ: quos βωμον κασ appellant. i. ad arã depugnantes: qui ſic verberibus accipiũtur vt nõnũq̃ ad necem vſq́ꝫ contendãt ſi ergo pueri dolorem vincere poſſunt tãto magis viri poſſe debẽt potiſſimũq́ꝫ ſapiẽtes. Dimicatio ſpartiatarũ puerorum græco vocabulo Διαμαστιγωσισ. ideſt diflagellatio: quæ fit apud illos ſingulis annis: qua qui diutius verbera tollerarit: & qui victor euaſerit illuſtris clarusq́ꝫ habetur: ſæpe totũ diem virgis ceſi in ara orthiæ dianę perſeuerant hilares: ac geſtientes: veluti a ſenſu doloris alienati. India vaſtior: tãta indiæ vaſtitas eſt: vt eã tradant tertiã partem eſſe terrarũ omniũ. Alexandri magni comites in eo tractu indiæ: q̃ ſubegerãt: ſcripſerũt .xv. milia oppidorũ fuiſſe. Inde prope gentiũ ſoli nũq̃ emigrauere finibus ſuis: illic binæ meſſes in anno ſunt. Binæ æſtates: lenes auræ temperies cæli: vbertas ſoli: aquarũ abundãtia: que omnia faciũt vt maiora in india q̃ in cæteris regionibus naſcantur animalia.

Bomonice ſpartiatæ

Diamaſtigoſis.

India tertia pars terrarum.

Binæ æſtates

dierum diſputationibus armati & parati. Dolor eé videtur acerrim⁹ virtuti aduerſarius. Is ardentis faces intentat. Is fortitudinem: magnitudinem animi: paciẽtiã ſe debilitaturum minatur. Huic igitur ſuccumbet virtus? huic beata ſapientis & conſtantis viri vita cedet? Q uã turpe o dii boni. Pueri ſpartiatæ non ingemiſcunt verberum dolore lanitati. Adoleſcentiũ greges lacedæmone vidimus ipſi incredibili contentione certantes pugnis: calcibus: vnguibus: morſu: deniq́ꝫ vt examinarentur priuſq̃ ſe victos faterentur. Que barbaria India vaſtior: aut agreſtior: in ea tamen gente primũ hi qui ſapientes habentur: nudi ætatem agunt &

Nudi ætatem agũt. Gymnoſophiſtas ſignificat: qui philoſophi t indorum ſunt: qui ab exortu ad occaſum p̄ſtare dicũtur ſolẽ contuẽtes: immobilibus oculis: feruentibus harenis: toto die alternis pedibus inſiſtentes. Gymnetas & gymnoſophiſtas vocant quia nudi degunt ac philoſophantur: de quibus Plinius. Strabo. Solinus. philoſtratus: cæteri omnes: nihil enim notius celebratiusq́ꝫ gymnoſophiſtis indorũ: qui ſapientiã percollũt: tã magiſtri ſenes: q̃ diſcipuli iuniores: quorum hic mos eſt: vt menſa poſita priuſquã edulia apponãtur: magiſtri ado-

Gymnoſophiſtæ.

ſeſcentes interrogēt:quod quiſq; bonū laudabileq; eo die factitauerit
Alii alia ſe feciſſe cōmemorant:qui nihil habet ad offerre cur prande
Impräſus at:impranſus ad opus foras extruditur. Sine gemitu adurūtur:di
extrudit. ctū eſt in ſecūdo cōmentario:quēadmodū gymnoſophiſtæ ſerunt vi
uos efferūt. Inflammāq; vltro cōiiciūt:ſicut calanus fecit alexandri
familiaris:quintus curtius a
pud hos iquit occupari diē
Occupa= fati pulchrum. Et viuos ſe
re fatum cremari iubēt:quibus āt ſe=
pulchrū gnis ætas aut incōmoda va
litudo eſt: expectatā mortē
pro dedecore hēnt:nec vll⁹
corporib⁹ q̄ ſenectus ſoluit
honos ſoluit ingnari: putāt
ignē: niſi q ſpirātes recipit:
videtur āt.M.Tul.hoc in lo
co nō tā de hac rogali flam
ma loq:quā de ea: q̄ vtimur
cauſa calefaciēdi: vt ſit ſen=
ſus:gymnoſophiſtas frigo=
ra niuiū & æſtus flāmæ per
ferre citra dolorē & gemitū
vt flāmis adurātur ſine ge=
mitu: vt in niuibus ſint ſine
dolore. Mulieres in india:
de his affatim ſcripſimus in
cōmētariis propercianis.Enarrantes illud fœlix eois lex funeris vna
maritis:ſed cū pulchra:vt inquit Plato:bis terq; dici poſſint: nihil o
derit hic quoq; alibi tradita repetere: ſunt indis ſingulis vxores plu
De vxori rimæ: & cum maritus deceſſerit: ſuā apud gratiſſimos iudices queq;
bus indo de maritis agūt cauſam:& que officioſior cæteris ſententia vicerit in
rum dicantiū hoc palmæ refert premiū:vt arbitrio ſuo aſcendat rogū cō
iungis: & veluti victrix gaudio exultans ſe flāmis coniugis ſupiciat:
Cū viris & eū eo tanq̄ fœliciſſima crematur:cui ſemetipſam inferias dat:cæte
cremātur rę cū nota viuūt:& in gloriæ permanent.Onelicritus auctor eſt.Ideo
vxores cum viris defunctis cremari:quod cū aliquādo adoleſcentu=
los adamarent a viris ſecedebant:vel eos veneno interimebant vt er
go veneficia tollerentur hanc legem conditā eſſe tradit quæ profecto
& lex & cauſa neq; ſtraboni:neq; aliis ſatis probabilis videtur. Infe
Infectus. cimus:polluimus maculauimus:corrupim⁹: Infectus nomen eſt quar
ti ordinis:& accipitur a Plinio pro tinctura:cū ait in.viii.de lanarum

caucaſi niues: hiemaléq; vi perfe
rūt ſine dolore. Cūq; ad flāmā ſe
applicuerūt: ſine gemitu adurūtur
Mulieres vero in india cum eſt cu
iuſque earum vir mortuus:in cer
tamen iudiciumque veniūt quam
plurimū ille dilexerit: plures enim
ſingulis ſolent eſſe nuptæ:quæ vi
ctrix ea læta proſequentibus ſuis
vna cū viro in rogum imponitur.
Illa victa mœſta diſcedit.Nunq̄
naturam mors vinceret. Eſt enim
ea ſemper inuicta: ſed nos vmbris
delitiis ocio:langore deſidia animū
infecimus:opinionibus: maloque
more delinitū mollium⁹. Aegyp

Infectu ſuis locis dicemus. Dixit Seneca diu inquit in iſtis vitiis iacui mus. Elui difficile eſt: nõ enim inquinati ſumus ſed infecti. Quãuis carnificinã: ideſt quãcũq; ex carnificationẽ: cruciatũq;: de carnificina dictũ eſt in tertio cõmentario. Quã ibin: ſingulæ pene in egypto ciuitates: ſingulas beſtias collũt: & portenta venerãtur: vnde & vrbes quoq; apud eos ex animaliũ vocabulis nũcupãtur vt leontopolis: cynopolis: lycopolis: a leone: catone: lupo: quos pro numinibus habẽt: nã quędã animalia ſunt quę ægyptii vniuerſi colunt

Vrbes in egypto ab aialib⁹ noiatę

Aĩalia ꝑ diis

tiorũ morẽ quis ignorat: quorum imbute mẽtes prauitatis erroribus quamuis carnificinam prius ſubierint: quã ibin: aut aſpidẽ: aut felem

Digna cognitu

quẽadmodũ ex terreſtribus tria: bouẽ: canẽ: felem: ex volatilibus duo accipitrem atq; ibin: ex aquatilibus totidẽ. lepidotũ piſcẽ: & oxyrinchum: alia vero ſunt: quę quiſq; populus ſeorſum colit: vt lupũ lycopolitani: vt hirtum mendeſii: vt leonẽ leontopolitani. Scarabeos quoq; inter nomina colũt: & alia: ac cepas inter deos iureiurãdo habent: auctores Herodotus. Strabo. Appion. Plinius. Hieronymus. Iuuenalis. cæteri. Cauſas aũt huiuſce ſuperſtitionis plures afferũt: partim fabuloſas: partim hiſtoricas. De qbus Diodorus in ſecũdo Bibliotecæ

Scarabe⁹ us inter deos

Ibis quã pleriq; ciconiã falſo credũt auis ẽ egypti pecularis. cui⁹ duo genera: altera magnitudine & figura ciconiæ ſimilis: altera tota nigra nullũ erat alexandriæ triuiũ nõ illis plenũ partim vtiliter partim inutiliter. Vtiliter qdẽ: qa marcelli imũditias colligit. Inutiliter vero: qa imũda eſt: & oia indiſcriminatim comeſt. Docuit hęc auis vſum clyſteris roſtro eluens aluũ. Ibes ſuas egyptii inuocãt aduerſus ſerpentiũ aduẽtũ: ob id dixit ſatyrographus: ſaturã ſerpẽtibus ibin: ꝑ re digna annotatu memorat Plinius. Ibin olim in alpibus viſam cũ ſit vt dixi pecullaris egypti: qcũq; in egypto ibin occiderit: ſiue ſponte: ſiue inſciẽter: morte mul[c]tatur.

Ibis

Clyſtere ab ibi

Aſpidẽ: aſpidũ plures ſpecies ſunt: inter quas eſt hypnale: a ſõmo noiata: necat. n. vi ſõnifica: emiturq; ad mortẽ hinc illud Lucani: & fecimus aſpida mercẽ: hac periit cleopatra. Plini⁹ & gręci vocãt aſpidas quaſdã gręco vocabulo pryadas: quoniã venena in oculos hominũ expuant ϖτοω. n. expuo ſignificat: aſpidũ colla veneno intumeſcũt: nullo ictus remedio ꝑterq̃ ſi cõfeſtim partes cõtactę ãputent: inter neciũ bellũ habet aſpis cũ ichneumone: q limo loricatus indimicationẽ pergit. Caudaq; illudens aſpida debellat: de quo intellexit Lucanus: cum ait. Aſpidas vt pharias cauda ſolertior hoſtis ludit: & iratas in certa prouocat vmbra. Aut felem: gręcę αιλουροσ latine feles dicitur: eſt aũt id animal qđ vulgo catũ nominitant: male litterati muſcipulã a muribus capiendis appellitant: cum

Aſpidum genera.

Hypnale a ſomno

Ptyades: a ſputo

Ichneumon

Locus Lucani.

Feles Eluros

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Muſcipu
la.

muſcipula a luculẽtis ſcriptoribus ſicut a Varrone & ſeneca: accipiatur pro ipſo decipulo: inſtrumentoq; ad mures capiẽdos accommodato.

Qui occi
dit felem
necatur.

Plinius ait in.xi. oculos filiũ in tenebris fulgere. Idẽ in.x. auctor ẽ feles excrementa ſua obruere efoſſa terra: intelligentes odorẽ illũ indicem ſui eſſe. Idẽ tradit feles concumbere mare ſtante populi fœmina ſubiacente: apud Columellam & Varronem: feles accipi videtur: pro eo animali: quod vulgus fouinum & marturellũ appellat.

Fele ſo-
lor phebi
Cynopo
litani.

In tanta αιλουροσ.i. feles apd egyptios erat veneratione. vt quicũq; felem occidiſſet ſiue de induſtria ſiue per imprudentiã concurſu populi interficeretur:

aut canem: aut crocodilũ violent Quorum etiã ſi imprudentes quippiam fecerint pœnam nullã recuſent. De hominibus loquor: quid beſtiæ. Nonne frigus: nõ famẽ: nõ montiuagos atq; ſilueſtres curſus

olim miles romanus felem nec quidẽ ſponte accidit: tũc repente concurſus plebis ad eius domũ factus eſt: nec vllo terrore ab hominis pena abſterreri poterũt quod ſe vidiſſe Diodorus affirmat: cũ in egyptũ nauigaſſet.

Canis
deus.

Ouidius canit dianam olim ob metũ gigantum in felem eſſe tranſfiguratam: quod & Higinus quoq; memorat. Aut canem: cynopolitana præfectura cũ primis canem venerantur: vnde & nomen: hinc illa mordacitas ſatyrica: oppida tota canem venerantur nemo dianã. Mar. Tullius. In primo de legibus iccirco qui canem: & felem vt deos colunt: nõ eadem ſuperſtitione: qua cætere gentes conflictantur. Refert Strabo q anubis deus q capite canino figurat: colitur in ciuitate canũ .i. cynopoli: vbi ſacer quidã cibus eſt canibus conſtitutus. Aut crocodilũ: in egypto vrbs eſt arſione quæ prius crocodelorum ciuitas vocabat. In hac præfectura mirũ immodũ colitur crocodelus: & eſt ſacer: nutritur a ſacerdotibus: pane carne & vino Strabo vidiſſe ſeſe refert.

Crocode
delon a-
derat.

multũ præberi: & bellaria crocodelo ſacro: herculis vero ciuitas colit ichneumones: qui crocodolis & aſpidibus perniciẽ preferunt: de crocodilo: Plinius Solinus: Herodotus copioſiſſime:

Crocodi
lus vnde.
Croco-
dilea.
Stercore
fucatus
crocodeli
Crocodi
lites qd.

crocodilon: ex eo dictũ autumant κροκουΔειλει.i. q crocũ fugit ac eius odorẽ reformidat: ex genere amphibio eſt: viuit enim in terra & in aqua adoleſcit ad duo & viginti cubita & ſtercus crocodili medicamentũ eſt faciei: crocodilean vocant tollit lentigenes ex facie omneſq; maculas: & cutẽ emugat: Auctores Plinius in.xxviii. & Galienus in.x. ſimpliciũ: ob hoc dixit Ouidius. Nigrior apud pharii confuge piſcis opem .i. ad inteſtina crocodili piſcis ægyptii: quo facies fucata fit venuſtior. Oratius quoq; dixit ſtercore fucatus crocodili: a crocodilo deriuatur crocodilites quod ſophiſma eſt: captio: tendicula dialeticorũ prope inextricabi

liſ:cui cōſimiles ceratinæ quoq; ſunt. Nāvt ē i ægyptiaca fabula: mu
lier q̄piā cū filio iuxta nili ripā ambulabat: ei crocodilus filiū abſtulit
redditurū dicēs ſi verū mulier diceret: ſunt. n. ferme fœminæ oēs va Fœminæ
nidicæ: & mēdacilo quæ: tunc illa nō reddes inquit: atq; ob id æquū vanidicæ
aiebat reddi cū vera dixiſſet: Auctores Lucianus. Et doxapater: hinc

luſtrationeſq; patiuntur: Nōne ꝓ ſuo partu ita propuguant vt vulnera excipiāt: nullos impetus: nullos ictus reformident: Omitto quę perferant: quæq; patiātur ambitioſi honoris cauſa. Laudis ſtudioſi gloriæ cauſa: amore incenſi cupiditatis. Plena vita exēplorum ē: ſed adhibeat oratio modum: & redeat illuc vnde defluxit. Dabit: dabit inquam ſe in tormenta vita beata: nec iuſticiam: temperantiā: in primiſq; fortitudinē magnitudidinē ainmi patiētiā proſecuta cum tor-

illud Quintiliani ex volu-
mine primo inſtitutionū o-
ratoriarū: & non quia cera-
tinæ aut crocolitę poſſint
facere ſapientē: ſed quia illū
ne in minimis quidē opor-
teat falli. Imprudentes: ſi
quis quodpiā eorū anima-
liū: que venerantur ægyptii
ſponte occiderit morte dā-
natur ſi quis vero imprudēs
occiderit ei parcitur: fele & Qui occi
ibidē exceptis: quoſſiue pru derit ibin
densſiue īprudēs occiderit: & felem.
ſtatī interficitur: accurrente
turba: & abſq; iudicio homi
nem variis ſuppliciis cōtru
cidante. Luſtrationes cir- Luſtra.
cuitiones: errationeſq;: nā
luſtrare eſt circuire. Virgilius. luſtrat auentini: montē. & luſtra dicūtur
ferarū habitacula alias ꝓ luſtra lupanaribꝰ accipiuntur: apud Ci. Plau
tum: Oratiū: cæteros: Pro ſuo partu: multæ ſunt beſtiæ: quibus cu
ra nō eſt ſobolis ſicut maribus tigribus: cū fœmina mira charitate fœ
tum proſequatur: ſcribit Plinius leenā fœtā dimicare pro catulus: o- Leena di
culorum aciē in terrā defingentē ne venabula expaueſcat. Aſinis quo micat ꝓ
q; partus charitas ſumma eſt: adeo vt per ignes ad fetus tendant: ſi- catulis.
miarum generi tanta eſt erga fœtū affectio: vt magna ex parte com-
plectendo necent. Ambitioſi: In ſecunda tuſculana: quid inquit de
noſtris ambitionibus: quid de cupiditate honorū loquar? que flāma
eſt: per quā non cucurrint hii qui hæc omnia olim pūctis colligebāt.
Laudis ſtudioſi: in libello de fœlicitate docuimus quēadmodū lau-
dis amore cōplures inflāmati maxima pericula laboreſq; ſponte ſub-
ierunt: gloriæ cūcta poſtponētes: in ferrū: in vulnera: in mortē ruebāt
vt glorioſi viuerent: glorioſiores morerentur: hęc eſt fax honeſtæ mē
tis: hic ſtimulus: hoc calcar: acerrimū: meritoq; ait Valerius flaccus: Calcar
tu ſola animos mentēq; peruris gloria. Dabit ſe in tor. concluſio an- gloria.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Beatitudo nō ſine virtute.

tedictorū:q̄ oſtendit:virtutē dolori minime ſuccubiturā:& vitā beatā etiā in tormētis futurā.cū pueri ſpaciatæ cōſtantiſſimi ſint in verberū dolore:cū indi frigora & ardores æquanimiter ferat:cū mulieres in india in rogū martialē gaudibūdę ꝓſiliāt:cū ægyptii nullā pœnā recuſent violata ſupſtitione: cū beſtię ꝓ partu tutādo nihil reformident:cum hoies honoris & gloriæ cauſa pferāt labores pœne īpatibiles. Ad cruciatū ꝓfectis: ſupra dictū eſt: qđ virtutū chor⁹ in eculeū cōiicietᷣ : quo vita beata nō aſpirat:tāq̄ beatitudo i tormētis & cruciatib⁹ eē non poſſit:ſed cū a virtutib⁹ vita btā ſeiūgi nō debeat nec poſſit: quo ille ingredietᷣ & hæc ſubſequetᷣ. Ibit cū illis pariter intra carcerē ad cruciatū atq; tortorē: turpe .n. ac fedū foret vitā beatā relinqui:ſegregatā a choro cōmitatuq; virtutū pulcherrimarum: ſine quib⁹ eē nullo pacto pōt ſicut virtutes ſine vita btā cohercre nō poſſunt:pugnāt .n. hęc inter ſe virtutē adeſſe:& beatā vitā abeſſe.

Penitere ſapientē.

Nihil quod penitere poſſit:ſtoici dicūt ſapientē nihil opinari: nullius rei penitere:nulla in re falli: ſententiā mutare nunq̄. Cōtra platonici:ariſtotelicią; ipſum ſapientē autumāt opinari:falli:penitere de ſententia aliq̄do decedere. Vt inopinatū: dictū eſt in tertia tuſculana:omnia inopinata eſſe grauiora:& acerbius improuiſa ferire:ſicut premeditatio malorū:facit ſenſum doloris leniorē. Oratius iprouiſa ſimul ſpecies exterret vtrunq; nō eſt ſapientis dicere nō putarā : omnia ſūt ſapiēti putāda p̄meditāda ꝓuidēda Suis iudiciis: ſapiēs ſui iudex ē nec aliūde pēdul⁹:atq magna pars mortaliū:tota pēdet:ex alienis iudiciis viuim⁹ ad opinionē.

Facin⁹ qđ pecudes.

facim⁹:qđ pecudes:ſeqᷣ gregē antecedentiū:ſaluberrimū eſt perſianū illud preceptū:tecū habita:& no-

toris os viderit : cōſiſtet:virtutibuſq; oibus ſine vllo animi terrore ad cruciatū profectis reſiſtet extra fores:vt ante dixi limenq; carceris: qd enim ea fœdius : qd deformius ſola relicta comitatu pulcherrimo ſegregat : tamen fieris nullo pacto poteſt nec.n.virtutes ſine beata vita cohærere poſſūt:nec illa ſine virtutibus.Itaq; eā tergiuerſari nō ſinent:ſecūq; rapiēt ad quēcūq; ipſe dolorē cruciatūq; ducētur:ſapientis eſt.n.propriū nihil qđ pœnitere poſſit facere:nihil inuitū ſplendide cōſtanter grauiter honeſte:oia nihil ita expectare quaſi certo futurū.Nihil cū acciderit admirari: vt inopinatum ac nouū accediſſe videatur:omnia ad ſuū arbitriū referre: ſuis ſtare iudiciis:quo qd ſit beatius mihi certe in mentē venire nō

ris q̄ ſit tibi curta ſuppellex:& illud:nec te q̄ſiueris extra. Oratius quoq; in hāc ſentētiā:ſed vereor ne cui de te plus q̄ tibi credas:ne ve putes aliū ſapiente. bonoq; beatū. Cōgruere na.li.iii.de finibus ait Cato relinq̄ vt bonū ſummū ſit viuere ſciētiā adhibētē earū rerū: q̄ natura eueniāt:ſe ligentēq; ſecūdū naturā:& ſi q̄ etiā cōtra naturā: ſunt reiicientē .i.cōuenienter cōgruenterq; viuere naturæ. Seneca in lib.ad galionē de vita beata:ſolemus inq̄t docere ſummū bonū eſſe ſecūdum naturā viuere : natura ad vtrūq; genuit:& cōtēplationi rerū & actioni:In q̄nto de finibus:ex quo itelligi debet homini id eē i bonus vltimū ſecūdū naturā viuere:qđ ita interp̄tamur viuere ex hōis natura vndiq; p̄fecta:& nihil req̄rēte. Etiā poteſtate:tāq̄ in ſapiētis poteſtate ſit viuere ſecūdū naturā :qđ cū ſit ſummū bonū.In poteſtate ſapientis:vita quoq; beata ſita erit.Niſi q̄d tu melius:ſic oratius: ſiq̄d nouiſtis rectius iſtis candidus iparti ſi non is vtere mecū & alibi:ſi meli⁹ q̄d habes accerſe:vel imperiū fer.

Viuere cōuenienter naturæ.

poteſt: ſtoicorū quidē facilis concluſio eſt : qui cū finē bonorū eſſe ſenſerint cōgruere nature : cūq; ea cōuenienter viuere: cū id ſit in ſapiente ſitū non officio ſolum verū etiā poteſtate:ſequatur neceſſe ē:vt cuius in poteſtate ſummū bonū in eiuſdē vita beata ſit : ita fit ſemper vita beata ſapiētis. Habes que fortiſſime de beata vita dici putē: Et quomodo nūc eſt: niſi q̄d tu meli⁹ attulerit: etiā veriſſime .A. Melius quidē afferre nil poſſum:ſed a te ipetrare libēter velim niſi moleſtū ſit:quoniā te nulla vincula impediunt vllius certæ diſciplinæ libaſq; ex omnibus quodcūq; te maxime ſpē veritatis mouet quod pauloante peripateticos veterēq; Academiā hortari videbare: vt ſine retractatione libere dicere auderent ſapientes eſſe ſemp &beatiſſimos.Id veli audire :q̄madmodū his putes cōſentaneū eē id dicere. Multa .n. a te cōtra iſtā ſniam dicta ſūt& ſtoi-

Nulla vincula .i. nulli ſectæ es addict⁹:iuxta illđ Oratianū:nulli⁹ addict⁹ iurare in verba magr̄i: quo me cūq; rapit tēpeſtas deferor hoſpes nā multi ſūt philoſophorū certis q̄buſdā deſtinatiſq; ſentētiis q̄ſi addicti & cōſecrati.Eaq; neceſſitate cōſtricti: vt nefas eē ipiūq; iudicēt:vel latū vnguē digitūq; trāſuerſū a ſecta recedere. Ci. vero ſeq̄r p̄babilia:libās decerpēſq; ex omnib⁹ ſectis: qđ veriſimilius p̄fectiuſq; eē opinetur. Sine retractatiōe:ſine recuſatiōe:retractare.n.vt inquit Donat⁹.

Nulli addict⁹ ſectę

Retractat

eſt reiicere & recuſare:enarrans illud Virgilianũ ex.x.æneidos ſemi-
animeſq; micant digiti:ferr ũq; retractãt. Nobis ſolis:q nulli ſectæ
addictus:& quaſi cõſectaneus eſt:huic licitũ eſt libere expaciari: & in
partes ois diſcurrere:vt oibus inſpectis id maxime ꝓbet:qđ aut verũ
aut vero ꝓpius eſſe videat. Sẽtẽtia de finibus:cõſtituto hoc in phi-
loſophia videlicet qđ ſit ſũ-
mũ bonũ cõſtituta ſunt oia
ſuper quo diſſentiẽtes ſunt
diſcordeſq; philoſophi: cũ
alius aliter ſummũ bonũ de
cernat:cõſtituatq;:itaq; in p̃
ſentia Mar Tullius breuiter
colligit vnãquãq; philoſo-
phorũ ſentẽtiã:vt ex hoc ſi
fieri põt oſtẽdat vitã beatã
eſſe in ſapiente.Cognitis.n.
rerũ finibus cũ intelligitur
quid ſit & bonorũ extremũ
& malorũ Inuẽta vitæ via
eſt cõfirmatioq; omniũ offi
ciorũ. Carneadẽ diſputa
re.li.v. de finib⁹ carneadea
inqt nobis diuiſio habenda
eſt:quã noſter antiochus li-
bẽter vti ſolet:fuit hic in diſ
putãdo omniũ acutiſſimus
accerrimuſq;:vt ſupra dixi-
mus: adeo vt pro iuſticia &
cõtra iuſticiã copioſe & elo
quẽter. Romæ diſputauerit
mirantibus romanis nec qđ
veri eſſet diſpiciẽtibus. Re
cte poſuerũt:ſtoici in virtu-
te ſola atq; honeſto ſummũ
bonũ ponũt: ſicut in turpi-
tudine ſũmũ malũ. Quaſi
decretũ.latini decreta placi
ta:ſcita appellant:quæ greci dogmata:de qbus ante ſatis multa. Hac
de fi.ſen.de finibus bonorũ & malorũ:multa & multipliciter inter ſe
philoſophi diſputarũt:quã qõnẽ maxima intentione verſantes.Co-
nati ſunt inuenire:quid efficiat hominẽ beatum:illud.n eſt finis boni

Quid ſit ſummum bonum

Decreta Dogmata.

De finib⁹ bonorum multa

corum rõe concluſa. M. Vtamur
igitur libertate: qua nobis ſolis in
philoſophia licet vti:quorũ oratio
nihil ipſa iudicat ſed habetur i om
nes partes. vt ab aliis poſſit ipſa p
ſeſe nullius auctoritate adiuncta iu
dicari: & quoniã videris hoc vel-
let vt quecũq; diſſentientiũ philo-
ſophorũ ſententia de finibus ſit:tñ
virtus ſatis habeat ad vitam bea-
tam preſidii. Quod quidẽ carnea-
dẽ diſputare ſolitũ accepimus:ſed
is vt contra ſtoicos:quos ſtudioſiſ
ſime ſp refellebat:& contra quorũ
diſciplinã ingeniũ eius exarſerat:
nos illius quidẽ cũ pace agemus:
ſi.n ſtoici fines bonorũ recte poſu
erũt:confecta res eſt:ſemper beatũ
eſſe ſapientẽ:ſed queramus vnam
quẽq; reliquorũ ſententiam ſi fieri
poteſt:vt hoc preclarum quaſi de-
cretũ beatæ vitæ poſſit omniũ ſen
tentiis & diſciplinis couenire:ſunt
aũt hæ de finibus vt opinor reten
tæ:defenſæq; ſententiæ: primũ ſim

noſtri propter quod expetenda ſunt cętera:ipſum aũt ꝑpter ſeipſum Et illud finis mali:ꝑpter quod vitanda ſunt cętera: ipſum ãt propter ſeipſum. Alii in aĩo alii in corpore alii in vtroq; fines bonorũ & malorũ poſuerũt. Ex qua tripartita veluti generaliũ diſtributio ſectarũ. M. Varro in li. de philoſophia: tã multam dogmatã dogmatũ varietatem

plices quattuor. Nihil bonum niſi honeſtũ: vt ſtoici. Nihil bonũ niſi voluptatẽ: vt Epicurus nihil bonum: niſi vacuitatem doloris: vt Hieronymus: nihil bonũ: niſi naturæ primis bonis: aut omnibus: aut maximis frui: vt Carneades cõtra ſtoicos differebat. Hæc igitur

